

PROCESSUS
JUDICIALIS,
five
METHOD. PRO-
CEDENDI JUDICIA-
LITER.

Opusculum, omnibus, qui fo-
rtenia negotia uno quasi intuitu per-
spicere volent, utilissimum, ex-
ceptum ex ore

Clariss. Consult. Viri

D. BERNARDI SCHOTANI,
J. C. & in Acad. Leyd. dum viveret,
Profess. Juris primarii.

JENÆ,
Impensis TOBIAE STEINMANNI,
Literis KREBSIANIS,
Anno 1670.

СИГИЗМОНД
САЛЮТИС


СИГИЗМОНД ПЯТЫЙ
САЛЮТИС СИГИЗМОНД

СОЛНЦЕВЫЙ СИГИЗМОНД
САЛЮТИС СИГИЗМОНД

САЛЮТИС СИГИЗМОНД
САЛЮТИС СИГИЗМОНД

САЛЮТИС СИГИЗМОНД
САЛЮТИС СИГИЗМОНД

3



PROCESSUS JUDICIALIS, *Sive* Modus procedendi judicialiter.

Propositum est per Dei gratiam paucis tradere modum procedendi judicialiter, qua in re primo occurunt personæ, tum quæ immediate Judicium constituunt, tum quæ idem promovent & maxime juvant.

Personæ, quæ immediate judicium constituunt, sunt Judex, Actor & Reus.

Judex, *Rechter*, est coram quo litigatur: idemque Juris disceptator dicitur: estque vel competens, vel incompetens.

Competens Judex est, coram quo causa jure agitari potest: isque vel Ordinarius est, vel Delegatus: rursusque vel solitarius, vel sacerdus, vel concurrens.

Actor, *Impetrant*, est, qui litem instituit.

Reus, *Gedaegde*, cum quo agitur.

Actor est vel in conventione, vel in reconventione, uti & Reus.

PROCESSUS

Qui vero in conventione est Actor, in reconventione est Reus, & vice versa, qui reus est in conventione, fit actor in reconventione.

Personæ, quæ judicium promovent atque juvant, sunt Advocati, Procuratores, Executores & similes. Hæ vel à partibus adhibentur, vel à Judice.

A partibus adhibentur Advocati, & Procuratores; A Judice vel ejus nomine Nuncii, Viatores; Executores.

Advocati proprie sunt illi, qui alienam causam justis argumentis ex scientia juris tentur, solentque dici causarum patroni.

Procuratores, *Volumachten*, proprie sunt, qui judicialia negotia ex partium mandato expediunt, quibusque lis concreditur; unde liti contestata litium domini vocantur.

Nuncii, Viatores, Executores, *Deurwaerders*, sunt illi, qui mandata Judicis in citationibus expediunt & sententias execvuntur. Ac de his quidem, ut & de Judice ejusque officio suis locis postea: Nunc de Advocati munere, atque incidenter de Procuratorum officio sollicite agemus.

DE ADVOCATIS
Voorſpraeken.

Munus Advocati generale est, ut rite Deum colat, inviolatamq; servet conscientiam, tam coram Deo, quam hominibus: in specie autem

JUDICIALIS.

5

autem circa lites memor sit præcepti *L. 6. C. de postulando.*

Cum vero ipsi causa aliqua proponitur agenda, differet initio cum cliente de omnibus circumstantiis, clientem patienter audiet, ei-que argumenta nonnulla objicit, ad investigandam veritatem, & siquidem ei causa minus justa videbitur, omnino eum à litigando dehortabitur: Imo, si causa eriam dubia sit, dissuadet clienti litem, eumque hortabitur ad transfactiones vel arbitria ineunda: nunquam tamen in principio consulentem incitabit ad litigandum.

Sin autem causa justa videbitur, eam suscipiet, ante conceptis omnibus ejus meritis, & ne quid eum fugiat, exacte omnia literis consignabit, hoc ordine.

1. Exacte inquiret in personam clientis & adversarii: bene describet qualitates, utrum nimis suo, an alieno, vel tutorio, Procuratorio vel cesso nomine sint litigaturi: addet deinde domicilia partium.

2. Causam ipsam, de qua controversia est, exprimet, & cum omnia scripserit, quæ vel pro causa vel contra eam scribenda sunt, desiderabit, ut cliens instructionem signet: scilicet in hunc finem, ut si cliens postea conqueri velit de officio non rite præstito, ex tenore instructionis appareat, quid propositum sit.

3. Hoc factò sibi prospiciet de mandato, cui semper utile est inseri clausulam de potestate substituendi.

a 3

4. Dein-

PROCESSUS

4. Deinde cum tractaturus est ipsam causam, initio cogitabit de foro competenti, & si forum fuerit competens, sequetur in citatione facienda stylum judicii, coram quo lis agitur. Ita in inferioribus judiciis plerumque receptum est, ut Procuratores tantum moneant nuncium de citatione facienda: id ubi valet, tradet nuncio schedulam, qua partium nomina, qualitates, & causa citationis estimari possit. Sin autem à Senatu per supplicem libellum citatio impetranda est (uti communiter fieri solet in superioribus judiciis) supplicem libellum concipiet, hoc modo:

1. Honeste compellabit Judicem vel Curiam.

2. Causam narrabit.

3. Citationem petet, idque secundum eas quæ aenariat, vel ad provisionem aliquam, vel ad principalem causam, vel ad utrumque.

Exempli gratia: si citatio sit petenda ex causa mutui, comprehensi instrumento, cui reus subscripsit, potest non tantum peti citatio, sed etiam agnitus vel confessio manus, in hunc finem, ut provisio consignandi obtineatur, quam Practici vocant *Namptissement* vel *Handbollinge*, eritque forma supplicis libelli talis:

Ad nobilem Curiam Aenden Ed. Hoofe, vel
Aenden Ed. hoogen Raede in Hollandt &c. De-
clarat A. B. se dedisse C. D. mutuo tria millia,
sub stipulatione usurarum &c. prout contine-
tur

JUDICIA LIS.

ür instrumento dato &c. Et subscripto à reo: quam summam cum usuris, cum reus detrectet solvere, licet sæpius interpellatus, rogat supplicans cum omni reverentia, ut Curia ipsi concedat provisionem citationis adversus C.D. primo ad manum recognoscendam vel negandam: deinde ad audiendam talem petitionem sive conclusionem ex prædicta causa, qua usurus est supplicans &c. quo facto &c.

Notandum autem, si per se non appareat Judicem esse competentem, semper adjiciendum esse causam, ex qua Judex cognoscere possit se competentem esse, de qua re videatur art. 8. Instruet. Curiae Holland. Itaque si ratione personarum forum sit incompetens, sed prorogationis causa sit competens, debet mentioni fieri submissionis sive prorogationis.

Ut vero constet, quomodo hoc, ex quibus prorogatio liquido probatur, libello inscribi debeant, paucis indicabimus.

Si ex Prorogatione forum sit competens, in continent post verbum, petit sive rogat, supplicans adjiciatur, quoniam prædictum instrumentum continet clausulam prorogationis sive submissionis. Unde in præcedenti formula libelli, qua comprehendens est, quod Reus, licet sæpius interpellatus, detrectet solvere secundum formam obligationis, recte adjicitur (cum supplicans rogat sibi decerni citationem) quod eam petat vigore submissionis, ut ante.

¶ PROCESSUS

Similiter, quoties ex alia causa reus forum fortitur, uti ex beneficio, l. unicæ. C. quando Imperator. addendum est, quoniam supplicans pupillus, pauper, vidua, vel alias miserabilis persona sit.

Item si persona talis citanda sit, quæ immediate tribunali isti subjecta sit, adjicitur, quoniam instantia ob suam conditionem ad hoc tribunal vocari potest. Sic quoq; si ob connexitatem rerum, & ex accidenti causa ad judicium deferri possit, adscribetur. Etenim, si res sitæ sint in diversis territoriis, præstat ad unum Judicium immediate superius item deferri. Idem quoque faciendum est, si sit connexitas ex ratione personarum: uti si plures, quorum eadem est causa, domicilium habeant in diversis territoriis: vel si inter citandos sit unus vel plures, qui privilegium vocandi habeant ad eum Judicem, cui libellus offertur: quia causæ continentia non dividitur l. 10. C. de judiciis Gail. l. 1. observ. 32. Et tot. tit. ff. de quibus rebus ad eundem.

De speciebus singulis libellorum non hic, sed suis locis, quoties res vel usus postulat, agemus.

Libellus rite descriptus, offerendus est Judici extra judicialiter, de cuius forma agit inter: Scham: lib. 1. process. Camer. C. 1. N. 13. & seqq. rogandusque est Judex, ut ad eum rescriptum det, quod rescriptum Apostille sive appointmentem vocatur.

Cita-

JUDICIALIS.

9

Citatio ita impetrata solet scribi solemnī
formula, præmisso nomine Præsidis & Judicūm,
cum annunciatione salutis citando facta.

In ipsa citatione secundum tenorem libelli
narratur primo, quid supplicans Senatui seu
Curiæ exposuerit, & deinde sequetur manda-
tum, quo citandus jubetur comparere ad cer-
tam diem, ut audiat intentionem & petitio-
nem supplicantis &c.

Atque hæc forma servatur, si à toto Sena-
tu, in quo est Præses, citatio emittatur. Si au-
tem delegatus Judex (quem vulgo Commissa-
rium vocant) citationem emissurus est, hanc
formam servat:

Primo præmittit nomen cum dignitate:
Post autem narrat, se deputatum esse ad causam
inter supplicantem & citandum audiendam,
quam describit secundum narrata libelli: in-
de mandat, ut reus certo die compareat.

Citatio hæc legitime concepta traditur nun-
cio vel apparitori, qui eam exsequitur, & ubi
eam executus est, relationem de ea facit, utrum
in persona, an ad domum facta sit: si ad do-
mum, quibus sit insinuata: imo & aliquando
relatio fit de responso citati, si res id exigat.

Citatione facta, cum venerit dies compa-
ritionis, de jure Rei disceptandum est; itaque
Advocatus, ad patrocinium rogatus, de omni-
bus cum Reo ageret, de quibus Advocatum Acto-
ris antea monuimus. In primis autem inqui-
ret in exceptiones, declinatorias vel dilato-
rias, si quæ haberi queant, quæ utiles sint reo,

a 5

ac

ac exacte merita causa, prius quam eam defendam suscipiat, examinabit.

Die comparitionis, cum nomina partium sunt edita à Secretario, vel eo, qui ad eam rem in rotula præfectus est, Advocatus Actoris queret, an quis pro Reo causam sit acturus.

Si nemo compareat, desiderabit, ut reus accusetur de contumacia, de qua post agendum: si quis ejus patrocinium suscipiat, humanissime eum compellabit, ut eum inducat nomine clientis ad satisfaciendum intentioni Actoris. Hoc si reus suscipiat, sive ejus patruus, desiderabit condemnationem, quam vocant voluntariam, quæ condemnatione fit hoc modo:

Instituit Advocatus Actoris actionem, petitque condemnari reum, secundum id, ad quod agitur, ut e. gr. si agatur ex instrumento mutui, formula hæc usitata est, A. B. (quod est nomen Advocati) nomine Actoris, per media & rationes libelli supplicis, vel ut Practici solent loqui *Venue en Court*, contendit reum esse condemnandum ad solvenda tria millia, secundum formam obligationis de dato &c. cum usuris, damnis! & eo, quod interest, nec non expensis litis: in quod si consentiat Advocatus Rei, declarat simpliciter, se consentire in condemnationem: quibus auditis Senatus in continentि hac forma pronunciat:

Senatus, audita petitione Actoris, & consensu rei intellecto, condemnat reum in petitionem Actoris,

Potest

Potest autem ad evitandos sumptus, qui fiunt ob condemnationem sive sententiam, coram actis recipere in sese solutionem ejus, quod Actor exigit: idque ad certum diem, cum hac clausula, ut, si non solvat intra diem certum, possit tam absens, quam præfens, condemnari, etiam in expensas: atque hæc forma mitior est: si autem reus non solvât dicto tempore denuo libellus supplex offertur, in quo narratur de eo, quod coram actis reus recepit, & petitur citatio, ut reus vocetur, ad videndum se condemnari, juxta ea, quæ promisit: postea vero, sive reus comparuerit, sive non, condemnatur secundum præcedentia.

Dictum est ante, Advocatum Rei, primo debere cogitare de Exceptionibus reo utilibus: inter has frequens est declinatoria, *Exceptionie declinatio*, per quam dicit reus, se non teneri comparere coram eo Judice (addito: *salva reverentia*) & se petere remitti ad suum Judicem: debet autem ante Actio proponi vel speciali libello, vel viva voce, pro ut res exigit.

Cum autem de exceptionibus semper prima moveatur quæstio, discutienda sunt circa illas tria: primum est, an bona conscientia omnes, quæ competit, proponi possint? secundum, quæ sint proprie exceptiones, & quomodo proponi possint? Tertium, quis sit modus & ratio eas proponendi, & quo tempore objici debeant?

Circa primum sic tenendum est, quod illæ tantum in Judicium sint deducendæ, quæ pertinent ad promotionem causæ, quam quis defendit, sic tamen, ut nihil fiat contra bonam fidem; unde quæri potest, an Advocatus videns Adversarium fraudibus uti, possit etiam Adversarium per Exceptiones ad rem directe non facientes impedire, ne voti fiat compos? Et pro certo est recipiendum, quod nunquam sint facienda mala, ut eveniant bona: verum non videtur esse malum, si quis Adversario, male agenti, per istiusmodi exceptiones manum injiciat, in hunc finem, ut clientis sui justam causam tueatur: ideoque arbitramur, siquidem pars adversa male versetur in causa, posse quem ea proponere & urgere, per quæ si non directe, saltem per indirectum fraudibus obviari eatur.

E X C E P T I O N E S.

Versetten, Behelpingen.

Circa secundum observandum est, et si communiter Exceptiones aliæ dicantur Dilatoriæ, aliæ peremptoriæ & sic sub dilatoriis de-clinatoriæ comprehendantur, uti passim in iure fit; tamen præster exceptiones distinguere in Declinatorias, Dilatorias & peremptorias, & quidem maxime ob hanc causam, quia si proponatur dilatoria, videtur tacite renuntiatum esse declinatoriæ, sin autem proponatur per-

JUDICIALES.

13

peremptoria, videtur is, qui proponit, renunciassetam dilatoriæ, quam declinatoriæ, uti testatur Mafuerius in sua practica de Excepto No. 3.

Quid ergo, si nulla Exceptio objiciatur, sed simpliciter fiat litis contestatio? Et per hoc omnes Exceptiones esse sublatas, multi in praxi versatissimi testantur, quod mihi non videtur esse recipiendum de illis Exceptionibus, quæ solent post litem contestatam proponi, quales sunt peremptoriæ omnes regulariter, & non nullæ declinatoriæ & dilatoriæ. Cum enim fit litis contestatio, reservantur omnia salva, quæ per & post eam proponi possunt; itaque præcautela hic observandum est, ut qui dubitat; an non aliquas exceptiones habeat, protestetur de illis sibi servandis: protestatio enim illa salvum jus servat. Ex. gr. cum quis litem contestatur, debet addere: salvis omnibus Exceptionibus & defensionibus, vid. Barth. ad l. 4. §. 1. ff. quibus mod. pign. sol. In specie autem hic notandum est, quod Exceptiones vulgariter dici soleant Dilationes litis contestationis: sed id non procedere, nec secundum regulam Juris, nec usum.

DECLINATORIÆ EXCEPTIONES.

D Eclinatoriæ Exceptiones sunt, quibus declinatur forum, quod fit præcipue ex duabus causis; primo si quis alleget (uti ante

ante dictum) non ad suum Judicem se esse vocatum: atque hæc exceptio in specie appellatur Declinatoria Judicii, & ad hanc rem faciunt illa, quæ pertinent ad doctrinam de foro competenti, de qua re agitur totis titulis *ff. de Judiciis.* tit. 13. & seqq. ad tit. 27. C. lib. 3.

Secundo: si quis Judicem dicat suspectum: qua in re sic distinguendum est; aut quis totum Senatum recusat tanquam suspectum, aut membrum aliquod ejus; si totum Senatum, quærendum est, an Ordinarius sit, an Delegatus. Ordinarium recusari non posse multi arbitrantur *DD. ad L. apertissimi.* 16. C. lib. 3. Tit. 1. *de Judiciis* & ad cap. suspecti X. *de Officio Delegati.* Cœterum, verior sententia videtur, quod superior; *Judex vel Princeps*, debeat judicare hoc casu, quid statuendum sit; res enim hæc ex facto dependet: itaque non aliter recusandus est Ordinarius, nisi gravissima de causa: ea enim si desit, etsi aliqua etiam sit suspicio non adeo urgens, debet Ordinario addi alias *Judex*, vel etiam plures, qui una judicent.

Delegatus vero *Judex* ex facilitiore causa recusari potest *L. 16. apertissimi. C. de Judic. quantum* & causæ recusandi plures sunt.

1. Est defectus in persona, sive inhabilitas.
2. Est, quod causa sit ejus propria, directa, vel ex consequentia.
3. Quod inimicus sit suspectus reddenti, vel nimis amicus aut familiaris parti adversæ; si autem utrique parti eodem gra-

JUDICIALIS.

15

du consanguinitatis vel Jure familiarita-
tit sit junctus, suspectus dici nequit. Vid.
Barth. ad L. 10. D. de Jurisdict.

Sunt & aliæ plures causæ, videlicet, si se in-
gesserit, si Advocatus, si procurator, si Judex, si
testis in illa causa fuerit: maxime si pretio
corruptus sit. Circa hasce species tenendum
est, quod justa causa suspicionis allegari debeat
ante litem contestatam, quod etiam in specie
incompetentia fori sit proponenda, nisi specia-
lis ratio aliud svadeat: deinde quod, cum in-
competentia fori allegatur, debeat peti remis-
sio ad suum Judicem, quam appellant Ren-
voy.

Renvoy ofte Declinatorie- Exceptie is een je-
genstellinge des verweerders tenderende tot wrae-
kinge, wederlegginge, ofte tot afwijkinge van de
Jurisdictie ende gerichts dwanck des Rechters,
voor welken hy betrocken is, omne gerenbeyeert te
werden voor syn Competenten-Rechters.

Quod si suspectetur Judex, simpliciter re-
jiciatur, nec remissio petatur: insuper quod
qui pro alio intervenit, non possit proponere
ex sua persona incompetentiam fori. Argum.
lib. 49. ff. lib. 5. T. 1. de Jud. Suspectum autem
dicere possit, etiam ex sua persona interveni-
ens; quia suspectus nec mediate nec immedia-
te potest esse Judex. Etiam hoc addendum
est, quod si persona certa ex Senatu suspecta fit
dicenda, videtur hic ordo esse commodissimus,
ut cum Senatus processurus est ad sententiam
dicendam, arguatur ea certa persona, cum sup-
plici

plici & devota petitione, ut quoniam parti adversæ sanguine vel affinitate conjunctus est, vel ob aliam rationem, in causa judex esse nequeat, se moveat & abstineat à judicando: vel si abstinere noluerit, Senatus rogetur, ut datis arbitris causam de suspicioне cognoscat.

Procedemus, siquidem declinatoriæ non sunt, quæ competere possint, ad Dilatorias, primo enim loco, uti ante propositum, Declinatoriæ sunt proponendæ.

Dilatoire-Exception sijn tegenstellingen des Herweerders, om de saaken deur verscheyde sonden te schorffen ende slepende te houden, ende des Eyschers voornemen te beletten ende te verachteren.

D I L A T O R I A E E X C E P T I O N E S.

APPELLAMUS vero Dilatorias, quæ litem ipsum non tollunt, sed remoram injiciunt Actioni movendæ ad certum aliquod tempus.

Proponi autem illas oportet initio, cum lis contestatur: imo & ante, L. 19. C. lib. 4. t. 19^o de probat. Maranta parte sexta de Except. n. 8^o Et 9. Mynsing. 4. obserbat. 17. Probari autem possunt post litem contestatam dicta l. 19. C. eod.

Aliquando etiam possunt opponi post litis contestationem, scilicet si postea emergant

gant vel percipientur: *DD. ad l. 14. lib. 2. Tit. 13. de procur.*

Causæ, ex quibus hæ competitunt, sunt variæ.

Prima, si Actori opponatur, quod legitimam personam non habeat standi in Judicio: uti si minor, si prodigus sit. *L. 1. toto tit. C. lib. 3. T. 6.* qui legitimam personam standi in Judiciis habeant, vel non.

Secunda est, si is, qui alieno nomine agit, dicatur Jus sive qualitatem talem non habere: ita tutores debent probare se esse tutores, nisi velint se rejici. *Maranta dict. tit. n. 3.*

Similiter & qui Actione sibi cessa agit, non potest audiri plene, nisi cessionem sibi factam probaverit: pariter & in aliis, qui ratione Officii sui litem intendunt, desideratur, ut probent suum Officium, siquidem de eo dubitari possit; cum vero notorium est, quem habere aliquod munus, ex quo facultatem agendi habet, ratione Officii, & reus exigat, antequam respondere velit, probationem ejus muneris, condemnabitur reus non solum ad respondendum, sed & in impensas, tanquam vitiligator, & Judicium protelans.

Tertio ad eundem ordinem etiam referenda est exceptio opposita potentiori, cui cessa est actio: non enim licet potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre: quod cum fuerit factum, Creditores jactura debiti multantur. *l. 1. & 2. C. lib. 1. tit. 14. ne liceat potentioribus patrocinium.*

Quar-

Quarto, huc pertinet Exceptio litigiosi,
tot. tit. D. lib. 44. t. 6. et. C. lib. 8. T. 37. de Liti-
giosis: ac in specie lib. 4. C. eod.

Quinto, huc quoq; pertinet exceptio ces-
sionario opposita, ut declaret, quantum solve-
rit: constitutum enim est jure Civili, quod is,
cui Actio cessa est, non possit plus exigere,
quam ipse revera solvit, licet ex parte quid sit
donatum, l. 22. & 23. C. l. 4. t. 35. Mandati vel
contra.

Sexto: etiam procuratoribus variae solent
objici Exceptiones:

1. Quod Procuratores esse nequeant, ut si
miles fit: milites enim prohibentur ex
mandato agere.

2. Quod mandatum non sit legitime datum
vel conceptum: ut si generale sit manda-
tum & ad causam gerendam speciale re-
quiratur: vel quod is procuratorem de-
derit, qui mandare non poterat.

In Procuratore falso hæc regula valet:
quod etiam post litem contestatam & post sen-
tentiam queat de falsitate moveri controversia
l. 24. C. l. 2. t. 13. de procurat.

Septimo, contra Citationem multa inci-
dunt.

1. Quod non sit concepta secundum for-
mam, quam lex requirit: ut si causa non
sit concepta & expressa.

2. Quod nimis breve tempus ad comparen-
dum sit præscriptum.

3. Quod

JUDICIALIS.

19

3. Quod is nuncius non insinuaverit, cuius officium erat insinuare.
4. Quod non sit insinuata Ciratio illi, cui insinuari debebat.
5. Quod quis sit vocatus ad locum non satum.

Octavo, occurunt etiam nonnulla contra libellum supplicem & rescriptum ad preces datum, videlicet, quod id per subreptionem & obreptionem sit impetratum. *Op't subreptyf & obreptyf te kennen geben.*

Nono, possunt & Exceptiones dilatoriae objici libello Actionis, cum non habet legitimam formam, uti quod nimis obscurus, aut nimis generalis sit: nec enim quis tenetur respondere peremptorie in causa, nisi petitio rite sit facta: imo & adversus conclusionem, quod inepta sit, & narrationi non exacte conveniat; si tamen in judiciis ex narratione proba possit cognosci petitio, non facile admittetur exceptio conclusione opposita; similiter si Actor instrumentum aliquod allegaverit in suo libello, quod ad merita causae directo pertinet, potest petere adversarius ejus editionem, antequam ad ulteriora procedat; Summarium est enim de edendo judicium.

PEREMPTORIÆ

EXCEPTIONES.

SEquitur, ut videamus de peremptoriis: haec optime sic distinguuntur, quod vel nascantur

tur

fo

PROCESSUS

tur cum ipsis Actionibus, vel postea. Nascuntur cum Actionibus, exceptiones doli, metus erroris, S. C. Vellejani & S. C. Macedonianii vel similes.

Peremptoire Exceptien sijn beweeringen, redenen ende bescheydt banden verweerde, om te thoonen d'quaade saake banden Eyscher, ende by peremptoire middelen te dooden ende te niet te doen't gesustineerde banden selven.

Van het Excipieren besiet Merulan. lib. 4. tit. 40. fol. 300.

Nascuntur postea exceptiones Jurisjurandi, veriset uyt gedaen eede, vonnis gelijck, rei judicatae veriset van Vonnis of gewisse saeken, pacti de non petendo, transactionis & similes. De hisce omnibus est notabilis textus in L. 2. C. lib. 7. T. 50. sententiam rescindi non posse, quod, omissae initio, possint opponi antequam sententia feratur, & si non sint admissae, dabitur restitutio in integrum adversus sententiam dictal. 2. C. lib. 7. tit. 50. in qua lege non pugnant §. 8. & 9. penult. C. lib. 8. T. 36. de Except. quia lex 8. & 9. non desiderant, ut ante litem contestatam exceptiones peremtoriae propontantur, sed hoc tantum, ut super iis, antequam sententia feratur, sit contestatio, & sic disputatione habita. Deinde L. penult. agitur de dilatoriis, prout verba ipsa declarant, non de peremtoriis.

SATIS-

SATISDATIONES.

Genoeg-doeningen in Rechten.

Solet, antequam ad litem contestandam procedatur, saepe satisdatio exigi, & regulariter ea, quæ sit pro damnis & sumptibus litium, & pro reconventione.

Non autem solent frequentari satisdationes, quæ fiunt de eo, quod Actor sit permanens usque ad finem litis in Judicio, nisi extra ordinem exigantur: id vero exigi solet, cum Actor est alterius territorii, unde reus, antequam litem contestetur, petit dictam cautionem de Expensis & de reconventione, & de domicilio citandi nominando, uti & de procuratore (uti solent loqui) acceptante.

Est autem domicilium citandi, *Maelstedes dagine*, domicilium, quod elegit Actor, ad quod, vel quo citatus ita accipitur, ac si in persona & domi suæ fuisset citatus.

Procurator vero acceptans, *Gemachtighe
genbaerder* est, qui omnia, quæ denuncianda sunt Actori, suscipit, ac si ipsi domino essent insinuata: atque hic, si jus litigandi pro eo habeat, & in eodem territorio habitet, immunis est à sumptibus, qui in litem fiunt ab eo, sed non à cautione pro sumptibus, nisi causa cognita Index eam remiserit: in genere de hac retractat *Gail. lib. 1. obserb. 46. Marant. 6. n. 8.
de Satisfat, Rolandus à Vall, lib. Consilio 71.*

Sequi-

Sequitur, ut his præmissis quæramus de Litis contestatione, per quam Judicium vere constituitur. Gail. 1. obserb. 84.

De Litis Contestatione, L I T I S C O N T E S T A T I O . Gedings-Bevestingh.

Est vero Litis Contestatio Actus Judicialiss quo reus contradicit intentioni Actoris. l. 14. s. 1. C. lib. 3. tit. 1. de Judiciis, dum enim Actor libello exakte comprehendit & describit Actionem suam (secundum formam supra propositam) & reus huic sece opponit negando, litis contestatio facta esse dicitur, licet libellus responsionis à reo nondum sit exhibitus. Debet autem hæc fieri tam in civilibus quam Criminalib⁹, si non specialiter, saltim generaliter. Putant nonnulli, in summiis nō esse opus, per Clement. 2. de V. S. Verum etiam in his requiri verius est, saltem forma generaliori, quia alias Judex cognoscere non potest, utrum aliqua, & quæ lis sit, cum & in illis requiramus, que morā non admittunt, non quidem formulam, sed eam, ex qua Narratio & Contradictio intelligitur: & non sufficit coram nuncio vel alio extra Judicium eam fieri, sed necessario est interponenda in Judicio vel Actu Judiciali.

Litis Contestatie is naer den stijl niet anders, dan de antworde van den Gedaagde ten principale op des Eyschers verfoeck by wegen van kennen of te ontkennen, voor de Iuge.

Lis

JUDICIALIS.

22

Lis autem contestata dicitur, quando quis directe respondet ad actionem actoris, nisi in specie fuerit proteitus, se respondere, sed non animo litem contestandi. *DD. ad L. unicus. C. lib. 3. T. 9. de litis contestat.* etiam potest fieri condemnatio à Judice, per quam Reus cogitur litem contestari. *Maranta de litis contestatione. No. x.* Omitti itaque hæc non potest, unde & lapis angulatis Judicij dici solet.

Effectus hujus sunt multi.

1. Est, quod post eam probationes in causa principali recipi debeant, cum ante non soleant recipi: huc facit *Tit. extr. ut liti-
te non contestata non procedatur ad testium
receptionem*, nisi quis propter debilitatem vel senectutem testium desideraverit testes in eo negotio, quod postea Judici proponetur, audiri: dicitur enim hoc examen fieri ad perpetuam rei memoriam. Hoc vero ut commodissime expediatur, præstat Adversario futuro hoc testium examen, insinuare, eumque citare ad vindendum testes examinari, & interrogatoria testibus proponenda. Id enim si fuerit factum, res sic habetur, ac si lis jam esset contestata.
2. Effectus est, quod per litis contestationem actiones temporales fiant perpetuæ, & quæ dari non poterant, adversus heredes dentur.
3. Quod omnem præscriptionem impedit.

4. Quod



4. Quod malam fidem inducat ratione Rei, adeo, ut fructus extantes possessor teneatur restituere, L. 22. C. lib. 3. T. 32. de rei vindicatione.
5. Quod rem in actione personali reddat litigiosam. L. 2. C. lib. 8. T. 37. de litigiosis.
6. Quod in stricti juris judiciis inducat necessitatem solvendi usuras l. 35. d. lib. 22. T. 1. de usuris & fructibus.
7. Quod tollat omnes dilatorias & declinatorias exceptiones: scilicet si tales sint, quæ ante judicium acceptum proponi debeant.
8. Confert præventionem in causis Civilibus, multo magis in Criminalibus: ubi enim est receptum judicium, ibi finiri debet l. 30. ff. l. 5. t. 1. de Judic. & ubi quæque &c.
9. Facit procuratorem in causa, litis dominum. L. 23. C. lib. 2. tit. 13. de procuratoribus.

In responsione, quæ fit post litem contestatam, vel per quam litis contestatio fit, debet fieri in conclusione contentio, ad hoc, ut Actor declaretur, ac si causam injustam habeat, & reus ab intentione Actoris sit absolvendus: verum cum sæpe præter responsonem ad libellum Actoris addatur reconvenio, & de ea hic videndum est.

DE

DE RECONVENTIONE.

Weder-Eyssing.

Appellatur Reconventio mutua petitio, scilicet cum Reus ab Actore suo nomine vicissim aliquid petit: præstat enim reconventionem facere, vel ante litis contestationem in Conventione, vel immediate post eam. Vide Authent. & consequenter c. lib. 7. t. 45. de sentent. & Interlocut. Novella 96. cap. 2. exigi posunt. præstat scilicet ad hoc, ut pari passu ambulet cum conventione: alias enim fieri potest in qualibet judicii parte ante Conclusio- nem vid. Mynsing. cent. I. observ. IV. Speculat. de reconvent. s. sequitur.

In plurimis autem foris receptum est, reconventionem statim in Conventione, vel immediate post eam esse proponendam: in primis vero & hic notandum, quod reconventus non possit declinatoriam exceptionem propone, cum ipse eum Judicem elegerit. L. cum Papinianus 14. C. lib. 7. tit. 45. de sentent. & Interlocut. Etiam id singulare est in hac re, quod si reconventus non possit reconvenire reconvenientem, ne varia processuum inter eosdem fiat multiplicatio. Speculat. de reconvent. s. nunc videamus. Deinde & hoc speciale est, quod si Actor in conventione respondere nolit ad reconventionem, etiam reconveniens non teneatur ulterius in conventione procedere DD. ad Cap. extra de mutu: petit: vel etiam potest Ju-

b

dex

dex rejicere conventionem, *Glossa in dict. cap. i.*
Specul. de reconsent. s. restat. Imo & potest
 reconveniens reconvventum accusare de con-
 tumacia, & sic contra ipsum, tanquam con-
 tumacem procedere, uti etiam soler in con-
 ventione, quoties reus est contumax.

Cum ab initio proponitur Reconven-
 tio, debet cognitio ejus fieri eodem modo,
 quo in conventione: sic tamen, ut, cum judi-
 cium fertur, primo sententia dicatur in con-
 ventione.

Potest vero fieri reconvventio in omnibus
 regulariter causis, in quibus specialiter non est
 prohibita. Itaque si queratur, an civilis actio
 possit per mutuam petitionem objici crimin-
 ali? negant id plurimi, quia debet mutua peti-
 tio fieri ex eodem causæ genere: ut si delictum
 sit, etiam ex delicto fiat reconvventio: si fit de-
 bitum, ex causa debiti eadem instituatur. Præ-
 terea in causa appellationis non recte fit con-
 ventio, uti notant *DD. ad L. i. ff. lib. 49. tit. II.*
 cum qui appellaverit in provincia defendi. *Ma-*
nista Distinct. 6 n. 7.

Præterea accurate in Reconvventione fa-
 cienda est conclusio, uti fit in libello actionis:
 quia Reconvventio est actio.

Duplex vero est modus, ut vel in narratio-
 ne libelli, cum de eadem causa agitur, & ex ea-
 dem causa fit reconvventio, confundantur me-
 rita causæ, atque sic in conclusione primum
 agatur de responsione ad conventionem, &
 deinde de actione in reconvventione: vel ut
 tota

JUDICIALIS.

27

tota conventio cum sua conclusione separatim proponatur, ac deinde subjiciatur Reconvventio cum sua Conclusione, prout hic postea ostendetur.

In specie etiam hic notandum, nonnullas Clausulas apponendas esse libellis actionum sive responcionum: & ne quid temere ponatur, quod Clienti damnosum esse queat. Si quidem enim adversarius acceptaverit, quæ dicta sunt, illa habentor, ac si is, qui posuit ea, esset confessus coram Judice, atque hoc pro certo habendum. Quid autem si adversarius non acceptaverit narrata? Non nocebunt narratori & consitenti, secundum ea, quæ tradit Baldus in l. si magnam. C. qui accusare non possunt. l. i. C. lib. 7. t. 59. de Confessis. Pro qua Regula tenent Practici, quod ex libello negato, ut loquuntur, id est, cui contradictum est, nemo se possit fundare. Parisius Consil. 115. lib. 1. num. 31.

Clausulæ, quæ solent apponi, sunt præcipue: *Peto mihi jus & Justitiam administrari*, ad hoc contendens disjunctum vel conjunctum, omni meliori via ac modo.

Atque hæ clausulæ ejus sunt efficaciaz, ut litigans videatur omne jus suum, qualitercumque ei competere passet, in Judicium deduxisse, secundum communem Doctorum opinionem in cap. cum dilectus. 2. extra de ordine cognitionum. cap. 1. de Officio Ordinarii: Jason l. petens, 27. C. de pactis, Angelus in S. omnibus. Inst. de Actionibus, imo ea est hujus clausulæ opera-

b. 2

tig

PROCESSUS

tio sive vis, ut Judex propter hanc rationem non tam debeat illa, quæ sunt deducta, respicere, sed omnem rei veritatem, quæ ex actis probatur: id quod probat Guido Papa, qui fere his utitur verbis, quod Judex propter hanc rationem magis debeat ad ius partis attendere, quam ad formam petendi.

Etiam tradit Mynsing. consil. 16. n. 49. quod per virtutem hujus clausulæ etiam expensæ, quæ sunt petitæ, adjudicari possint, adeoque possit sententia ferri super inepto libello, modo ex iis, quæ post fiunt, conveniens petitio deduci possit, idemque notat Abbas in dicto Capite cum delectus de Ordin. cognit. Socinus cons. 39. part. 1. Jason in dicta l. petens. 27. C. de pa-
elis, Angelus in dicto §. omnium Inst. de Action.
Felinus in cap. cum super, de officio delegati; In-
nocentius in cap. examinato extrm de Judiciis: Et
hanc quoque prædicta clausula habet effica-
ciam, quod licet quis possessorium tantum in-
tendat, etiam in petitorio possit obtainere: DD.
in dicto cap. cum delectus. Felinus licet extra de
Simonia: Jason in l. naturaliter. 12. §. nihil com-
mune. ff. de acq. vel amittend. possess.

Addenda est & illa Clausula, implorato Ju-
dicis nobili Officio, quæ hoc indicat, quod, si
quod non possit fieri ex Officio mercenario, &
natura actionis ordinaria, id Judex suplere pos-
sit ex æquitate, & motu quasi proprio, ex justa
causa. Addunt nonnulli & hanc clausulam,
salsis omnibus beneficiis Juris; quæ quidem non
est omnimodo inconveniens, sed nec commo-
dum

dum magnum importat: quia, qui generaliter quid dicit, & de jure suo servando protestatur, quemadmodum nullam causam vel certum principium ponit, ita vix videtur legitimo modo protestari. Arg. l. 4. §. 4. ff. lib. 2. tit. II. si quis cautionibus in judicio sistendi &c. Itaque hæc clausula apponi potest, sed necessaria non est. Solet etiam addi hæc clausula: *Sub legitimis protestationibus & oblationibus, quæ hanc habet utilitatem, ut si Actor vel Reus aliquid offerre debeat (quemadmodum fit, si ususfructus petatur, tunc enim debet offerri cautio usufructuaria, l. i. C. lib. 3. t. 33. de usufr. & habitat.) non possit actoris petitio simpliciter rejici, cum speciatim nihil obtulit, sed condemnari debeat Adversarius sub oblatione præstata: ita ut ex. gr. in usufructu, siquidem hæc clausula sit adjecta, non tamen oblatio cautionis facta debeat reus condemnari ad usumfructum præstandum, quasi oblata esset cautio, atque feretur sententia, hoc modo, quasi specialiter oblata sit cautio: sin autem hæc clausula non fuerit addita, rejicietur petitio Actoris, reservato ipsi jure agendi, prout æstimaverit legibus & Rei foro conveniens.*

Solent & multæ aliæ adjici clausulæ, sed quæ magnum usum non habent, & magis ex consuetudine Advocatorum, quam commode litigantium & necessitate juris apponuntur.

b 3 DE

DE INTERVENTIONE.

Oferæ pretium est, ut, antequam de replicatione & reliquis libellis duplicationum, triplicationum & quadruplicacionum agamus, aliquid adjiciatur de Interventione (van Hoogen) de qua Merula lib. 4. præcœs Civil. tit. 47. cap. 1. de Interventione. Rebuffus Tomo 3. ad Consuetudines regias. tit. de Adjunct. Et subscript. Gail. 1. Observ. 69. Et seqq. Maserinus de Adjournementis. DD. Varii ad L. 63. de re judicata.

Est autem Interventio actus, quo quis non vocatus directo in judicium pro suo interesse accedit, vel ad removendum, vel tantum ad assistendum: Est autem hæc regulariter concessa, ad duos fines:

1. Est, ut removeatur aliquis ab eo, quod intendit.

2. Alter est, ut quis magis defendatur.

De jure Civili satis etiam cogita est, ut appareat ex L. 29. si suspect. ff. lib. 5. t. 2. de inofficio testamento. l. 34. Titia. ff. lib. 24. tit. 3. soluto matrimonio Et quomodo dos petat: Et l. 63. supra ff. lib. 42. tit. 1. de re judicata, Et l. 5. à sententia. pr. Et §. 1. l. 14. si perlusorio. ff. lib. 48. tit. 1. de Appellat. l. 19. principaliter. cap. lib. 7. tit. 16. de liberali causa. Nobella 112. cap. 1. Et cap. 17. cum super, extra de sententiis Et re judicata: cap. 38. extra de testibus.

Intervenire autem possunt, qui possunt agere, convenire & defendere. Est enim non-nun-

nunquam Interventor loco Actoris, nonnunquam loco rei. Inter reliqua, qui intervenit probare debet suum Interesse, nec audietur, nisi apparenter de eo fidem faciat; imo antequam admittatur, debet id docere, *Argum. d. II. Gail. I. Observat. 69.* *Baldus in l. fin. C. de Edicto Dibi Hadr. tollendo,* & siquidem ea res multam indaginem requirat, rejicietur Interventionio, ne tertius judicium sine causa distineat interveniendo, & processum turbet. Quantum vero temporis ad probandum Interesse concedi debeat, Judicis arbitrio definitum est. Vid. *Menoch. de Arbitrar. Judic. questionis Casu 18.*

Interesse non tantum hic pecuniarum desideratur, sed quocunque sufficit, modo sit verum, sive juris autoritatem pro se habeat, directo vel oblique: sive causa solum Intervenientem respiciat, sive illam cum eo, pro quo intervenit, communem habeat.

Fuit ante dictum interventionem fieri vel ad assistendum, vel ad removendum: videamus exempla. Sit primum in *d. l. si suspecta*, ubi legatariis ad suum tantum commodum, & ad removendum alterum agere permisum est: imo & appellare. Similis est *textus in d. l. Titia*, ubi Titia divortium à Sejo fecit, & ex causa divortii ad dotem sibi reddendam agit. Dum litigant Sejus & Titia, Titius, pater Titiae, putat eam in potestate sua esse, sibi que dotem reddi postulat: Titia ait, se esse liberatam à potestate patris, ac pro-

pterea se recte de dote agere contendit, con-
cluditque Africanus denegandam Patri Titia-
actionem, nisi probet filiam in potestate esse, &
sibi repetenti consentire. Eodem modo ex a-
liis legib⁹ supra allegatis colligi possunt exem-
pla, quibus fit interventio ad submovendum.
Etiam prædictæ leges & aliæ dant exempla In-
terventionis ad assistendum, ut videre est in
hisce casibus.

Si fidejussor debitorem, venditor Empto-
rem, Maritus uxorem ratione dotis conveniri
videant, vel periclitari in agendo, possunt in-
tervenire, & causæ insistere.

Similiter & concessum est Legatario vel co-
hæredi, si hæres vel cohæredes testamenti cau-
sam non accurate defendant: quo etiam facit.
*d. l. 19. principaliter. C. de libera: causa & exem-
pla peti possunt ex l. 63. ff. de re judicata.*

In primis vero tenendum est, non solum co-
ram Ordinario, sed & delegato Judice inter-
ventionem fieri posse, ut notat *Gail. i. obser-
vat. 70.* Licet enim delegatio specialiter facta
videatur ad illam causam, quæ continentur re-
scripto; rationi tamen consentaneum est, ut
etiam ad accessoria illius causæ facta censea-
rur, alias continentia causæ dividenda esset.
Nec obstat, quod reconventio non ita fieri pos-
sit coram delegato ad certam causam: quia
reconventio singularis plerumque est *Actio*, &
specie diversa ab illa, quæ delegata est, cum ē
contra interventio fiat circa eandem, vel con-
nexam causam.

De

De Arbitro dubitari possit: sed videtur distinguendum esse. Aut enim loquimur de Arbitro Juris, aut de arbitro Compromissario. Si sit arbiter Juris, id est, ex authoritate superioris Magistratus confirmatus, potest fieri coram eo reconventio. Verum non ita coram arbitro compromissario: quoniam non est proprius & directo Judicium, & pacta non debent excedere personas paciscentium. arg. l. n. ff. lib. 44. tit. 7. de obligat. & action.

De hac quæstione sollicite tractant DD. utrum recusari possit Jūdex ab Interveniente? Affirmandum id videtur, modo id fiat ante litem contestatam: quod maxime verum est in delegato. Vide Capitulum dispensia in fine de prescriptionibus in sexto. Gail. dicta Obsrv. 70. Quinimo & interveniens potest causam revocare ad verum Judicem. Myns. 5. obsrv. 27. & 6. obsrv. 30. Scilicet si ad removendum, non autem ad assistendum Interventio fiat. Exemplum illustrabimus: Sempronius instituit personalem actionem adversus Mævium, existimans Mævium esse principalem, ad quem lis pertineat. Ponamus autem Mævium non esse dominum, sed tantum colonum ejus fundi, de cuius proprietate queritur. Causa vero Dominus, cum intelligit litem illam in suum præjudicium agitari, intervenit: Hic Causa non tenebitur se eidem Judicio subjicere, sed ubi docuerit causam principaliter esse suam, potest agere, ut processus & instantia ibi cassetur, & Actor ad Judicem Caji remittatur.

b §.

Fit

Fit interventio non tantum in Judicialibus, sed etiam extrajudicialibus, quibus interveniens conqueritur, sese laedi posse ex sententia ferenda. In extrajudicialibus pro exemplo esse posset, si quis cohæres velit ædes hereditarias vendere, antequam familiæ ericundæ judicium interponatur, tunc enim potest quis intervenire & coram Notario & testibus ad hoc requisitis præmonere emptorem, ne emat, sub protestatione atque comminatione, quod si contra fuerit factum, omnem competentem actionem ex damno, vel eo, quod interest, in eum salvam habere se, & præservatam esse velle: poterit & idem adire Judicem, ac coram eo de interesse docere, ac impetrare prohibitionem venditionis, mentione semper facta, quod venditio fieri non debeat, antequam divisio fuerit facta, ne alius obtrudatur, forte homo litigiosus, qui vicem cohæredis obtineat.

Pariter si debitor fundum pignori obligatum, alii obligare velit, ut ea ratione majore securitate pecuniam accipiat mutuo, poterit prior Creditor intercedere, atque impedire, ne obligatio procedat, & si processerit, constituentur tam debitor quam creditor posterior in mala fide.

Sic quoque, si quis rem sibi venditam alteri eam vendere vel locare velit: vel, si virgo desponsata velit alteri nubere, defideratur matura interventio, præcipue si sit honestiore loco nata, dives & pulchra. Debet quippe fieri

fieri denunciatio in tempore , ut posteriora sponsalia impedianter: præstat enim hic prævenire.

Circa Judicialia infinita sunt exempla , quæ ex legibus supra allegatis haberi ex parte possunt.

Fit interventio in quacunque litis parte, sive sit principium, sive medium, sive finis , vide Gail. lib. 1. observat. 70. num. 4. Imo & recte fit post rem judicatam , scilicet ad impedieram executionem: non enim potest fieri executio in detrimentum ejus , qui non fuit citatus, vel in judicio non fuit nominatus. L. 63. sape. ff. lib. 42. tit. 1. de re judicata. l. 29. judicata. ff. lib. 44. tit. 2. de except. rei judicatae. Felinus in capite veniens. 38. num. 5. de testibus. Et quidem ordinario is , qui intervenit , causam acceptare debet , & ingredi eo in statu , in quo reperitur tunc , cum ad Judicium accedit cap. fin. de lite pendente in sexto Felinus cum super re judicata. num. 15. Santiss de nullitatibus, cap. qui possit dicere. num. 26. Cravetta consil. 14. n. 4. Gail. observ. 71. Quid autem si interveniens observaverit litem ante non rite esse agitatam ? Hoc casu præstat contestationem fieri & simul protestationem de jure suæ causæ salvo servando. Sed & consideratione opus est , an tertius intervenerit ad submovendum , vel assistendum ; deinde an sciverit , an ignoraverit litem inter partes agitari : siquidem enim sciverit , existimant multi practici , quod postea submoveare Actorem vel reum con-

tradictorem non possit; si ignoraverit, poterit etiam post litem contestatam, ubi primum eam agitari perspexerit, impedire, ne partes ad ulteriora procedant.

Sed hoc est hic addendum, quod suggerit nobis Jurisconsultus in l. 36. ff. de re judicata, scilicet, quod scienti tunc fiat praējudicium, quando eum, cui ex consequentia competit actio, passus est agere, non quando passus est illum agere, qui eodem jure, & eadem causa, & iisdem principiis agendi vel defendendi utitur, vide Bart. in d. l. 63. ff. de re jud. Et in l. 14. si perlusorio. S. sed Et agere. ff. lib. 49. t. 1. de Appell.

Cum vero queritur de eo, qui vult tantum assistere parti, potest is sua interventione uti post litem contestatam; & quod magis est, si is, cui assistit, cessat, vel non vult appellare, potest interponere & prosequi appellationem. Vide Bart. in d. l. si perlusorio Et Felin. in d. C. Deniens, praefat autem Interventionem in principio fieri, ut ea ratione in omnibus instrui possit ab eo, cui assistitur. Solet controverti inter praticos, an tertius interveniens possit producere alios testes, si publicatae sint depositiones testium? Multi Doctores in capitulo fraternitatis, extra de testibus, Cobarrubius practicar. quest. 13. id negant: Bart. vero in d. l. si perlusorio. S. t. distinguit inter scientiam & ignorantiam tertii, adeoque putat nihil probari posse, post testimonia deducta, eo casu, quo scivit Interveniens litem agi, & testes produci:

secus

secus, si ignoraverit, cum ignorantia facti non
debeat cuiquam nocere: unde & cum Bartolo
concludimus, si doceat principaliter sua inter-
esse, de novo posse testes advocare ad proban-
dum, vide *Gail. l. i. obsrv. 17.* sin autem tertii
principaliter non intersit, & magis in gratiam
& pro interesse partis litigantis, quam suam &
pro suo interesse intercedat, nihil novi in hac
causa aget *Gail. l. i. obsv. 17.* cum hoc negotium
ex alterius jure videatur pendere, in qua re ul-
terius consulendus est *Gail. dict. obsrv. 71.*

In causis appellationum opus est distin-
ctione, utrum interventor sciverit vel ignora-
verit causam esse agitatam: si enim sciverit, &
intra decendum à lata sententia non appella-
verit, vel appellationi non assisterit, non facile
audietur post fatalia accedens. *l. 36. sepe consti-*
tutum ff. de re judicata, adeoque si ignorans post
fatalia accesserit, audiri debet, siquidem pro-
baverit sibi de præjudicio suo nihil esse denun-
ciatum; ac proinde non obstantibus rei judi-
catæ exceptionibus, is qui ignorat, post tres
sententias conformes sese executioni recte opa-
ponit, atque eam impedit, modo (ut superius
allegatum fuit) docuerit de suo interesse.

Quin & interveniens, qui de suo interesse
ostendit, potest impedire executionem missio-
nis in possessionem, vel solutionis ex instru-
mento, confessione vel simili causa *Bart. in l.*
15. à Divo Pio. ff. de re judicata. S. si super Felinus
in dicto capite cum super. n. 27. ubi ait: si tertius
babeat nomina quorundam debitorum. Cäji sibi
oblit.

obligata, quod possit se opponere executioni contra eos imminentis, etiamsi contra principalem nondum esset facta executio.

Insuper quoque Interventor jure impediet executionem, si nulliter sit processum, etiam si post tres sententias veniat, *Felinus in cap. Beniens. num. 17. de testibus*, quo refertur, si pars vel Judex tertii Intervenientis interesse scivit, & aequo eo inscio, nec vocato, nec citato, processerit. Præterea suspenditur Executio, si irreparabile damnum vel præjudicium tertii intervenientis subsit, vel in bonis vel in fama, *Felinus d. c. cum super. n. 17. de re judic.* Idem procedit, si non ipsius tertii, sed res cujuscunque alterius, pro quo intercedere permisum est, in periculum deducatur. Præter hosce modos cessabit executio, si interveniens illico suum monstrare possit, secundum vulgatum: hodie constat, hodie agatur.

De eo dubitari posset, an interveniens tenetur libellum exhibere, & litem contestari? siquidem veniat ad submovendum litigantes unum vel alterum pro interesse suo singulari, dubium non est, eum teneri; quod procedit si veniat ad sua defendendum ex jure & titulo speciali; secus est, si propter juris connexitatem tertius principali juri assistat, & in ejus libello suum interesse fundatum habeat. *Gail. lib. 1. obserbat. 71. num. 9.* Hoc casu tertius Interveniens petere possit libellum & omnia acta suis sumptibus sibi edi; imo ipsi concedenda est copia attestacionum post publice.

publicationem eorum dicto cap. cum super. n. 18.
extra de re Judic. Felinus.

Pro formando Intervenientis libello in causa appellationum, tradunt Practici distinctionem inter appellationem à sententia, quæ aliquod præjudicium Intervenienti possit adferre, & eam, quæ plenum præjudicium adferat; vel ut explicatius dicatur, inter appellationem à sententia, qua Interveniens citra ullam actionis intentionem se lœdi vel læsum esse timet, & eam, qua intervenienti formata intentione actionis revera præjudicium factum est. Primo casu formati potest libellus, quod sententia lata sit inter A. B. Interventore ignorantе, non vocato, non citato &c. quoniam vero Interventoris vel ratione fundi, vel ratione hereditatis, vel alterius juris cum reo condemnato communis interest, ne Interventori quicquam præjudicij generetur, propterea petit & contendit Interventor per sententiam Judicis declarari, eam sententiam ne minimum Interventori præjudicium adferre; Non autem concludendum est hoc casu, Interventorem petere sententiam nullam declarari, vel rescindi: Altero autem casu, quo plenum per sententiam infertur præjudicium, contendendum est, ut Judex pronunciet sententiam esse nullam, aut tanquam iniquam rescindendam esse, vide Angelum in l. 29. si suspecta. n. 4. ff. de inofficio testame.

Id

Id hic notandum, quod interesse, tanquam causa agendi, simul in appellatione debeat exprimi, imo justificari, probando plene, vel ad minimum semiplene.

Potest & id de casu primo notari, quod, antequam appelle interveneret, praestet, ut a deat Judicem, qui sententiam dixit, & ab eo petat declarationem sententiæ, an etiam velit intervenienti præjudicatum. Imo & dicere potest, se non sperare in suum absentis præjudicium quicquam esse actum, vel pronunciatum: & si forte tale quid sit actum, ut hoc revocetur, & sententia restringatur: unde & monent Prætici pro regula, ut interveniens semper sit cautus, ne facile appelle, ubi alia via ei consultum esse possit.

DE REPLICATIONE.

Teghen-weere, Weder-antwort.

Hactenus de Interventione: procedamus nunc ad alios libellos Replicationum.

Replicatio est quasi rete, quod explicatur ab Actore, contra quævis effugia tracti ad judicem rei.

Replyck en is anders niet dan een exceptie oftे uytfluyting, die den Eyscher competeert, teghens d' uytvlucht by den verweerde gesogt, ende voorgewent, om de selve te krencken, ende de geinstueerde actie te styven: wessende als het eerste weder-spreken aan des Eyschers zyde.

Pro generali Regula observandum est, quod si sus-

Si sufficienter causa sit proposita in libello, & defensa à Reo in responione per negationem facti, præstet, (ne sumptibus partes graventur) non ulterius procedere, verum persistere in prioribus allegatis, & concludere in causa ante Interlocutoriam. Sin autem materia adeo lata & diffusa, variisque circumstantiis involuta est, replicatio proponenda est, & ad illam duplicatio: semper enim reus postremas habet partes. Ad ulteriores libellos, scilicet triplicationum & quadruplicationum non facile Advocatus procedet, nisi observaverit hoc omnino necesse esse: semper enim ei studio esse debet, ut processus abbrevientur: quam ob causam multis locis constitutum est, quod partes triplicam vel quadruplicam non possint exhibere, nisi speciali à judice consensu impecrato.

Imprimis vero hic prospiciendum est Advocatis, ut omnia facta, quibus probatis victoriā Clientes consecuturos confidunt, clare deducant & frequentibus repetitionibus & superfluis verbis abstineant: nam cum interlocutoria lata est, & partes ad probandum sunt admissae, non licet impertinentia articulis probationum comprehendere; nec omitti quoque debent, quæ ad rem faciunt: quia postea, illa, quæ non sunt allegata in processu ante sententiam interlocutoriam, non possunt propoñi, & sic frustra probanda essent; interim si forte per errorem Advocati, vel ignorantiam partium quid sit omissum, poterit secundum

stylum

Asylum Curiarum peti restitutio in integrum, adversus ejusmodi omissionem: nec facile solet negari restitutio, modo sit probabilis aliqua causa, ne quisquam privetur legitimis suæ causæ defensionibus, aut nimium præcipitetur; solet enim frequenter dici, præcipitationem esse novercam justitiae. Id quoque sedulo cavendum, ne in ultimo libello, sive fuerit duplica, sive quadruplica, Reus ulla exhibeat Instrumenta: id enim si fuerit factum, vel nihil dicetur esse actum, quia pars adversa ad ea non fuerit audita; vel alias poterit adversarius, (licet in causa sit conclusum,) ea refutare, nec dabitur Rec potestas contradicendi replicationi Instrumentorum, quam fecit Actor. Id quoque vitandum, ne nimia prolixitate scribendi vel adversarium obruat, vel Judici tenebras offundat: reæssime enim Baldus dixit, tantum valere unum verbum effectivum, quantum mille alia.

DE CONCLUSIONE.

Sluitingh in Rechten.

Processu hoc modo instructo concludendum est; quia in re diligenter omnia sunt revolvenda ac conferenda, an etiam aliquod in scribendo erratum occurrat, & si quid tale deprehendatur, sedulo corrigendum est: in primis vero ratio habenda est ejus, ut omnes articuli suis numeris exakte distinguantur: quo facto conclusionem verbo notatam addat,

ut

ut constare possit Judici, nihil præterea esse addendum,

Concludeeren ofte sluyten in Rechte, is naer styli niet anders, dan 't gantsche Process gefurneert by goeden Inventaris inde Griffie overbrennen, ende dien volgende hen verdragen van alle vordere Rechts-plegingen in de saake, nopende de gegenwoordige instantie, en versoeken expeditie van Justicie. Siet 't 89. 145. en 219. art. van de Instruct.

Sollicitè vero vitandum est, ne, cum conclusum est in causa, addatur aliquod Instrumentum in processu non exhibatum, vel etiam repertorio Instrumentorum infarciatur aliquid, quod ante non fuit visum: id enim non tantum legibus prohibitum est, sed & pugnat cum officio boni viri, maxime vero Advocati; neque enim technis, pravis artibus, & machinationibus licet Advocato adversarium sui Clientis supplantare, sed aperto jure, justisque remediis. Cum ita conclusum est in causa, offerendus est processus Judici, qui ad hoc rogabitur, ut in ea causa quam expeditissime justiam administret: hic si partes in facto non conveniant, feret interlocutoriam, qua partes ad probandum admittit, & nonnunquam pro ratione & exigentia rei, de qua disputatur, addit certum tempus, intra quod probationes suas litigantes proponant, qua re optime consultur litigantibus, siquidem adjiciatur hoc tempus esse peremptorium, & cedere pro omni dilatione.

FOR.

FORMA INTERLOCUTORIÆ SENTENTIÆ.

Forma hujusmodi Interlocutoriæ talis est: Senatus, & iis omnibus, obserbat partes contraria facta proponere, ac propterea eas remittit ad probandum sc. post sex septimanas, pro omni dilatatione, reservatis expensis ad finem litis. Nec tantum talis Interlocutio fit, sed & alia, scilicet, quod partes remittantur ad Arbitros sive delegatos Judices, qui illos audiant, & in concordiam redigant, si fieri posse; si non, in omnia inquirant, & de iis in Senatu referant, reservatis expensis.

Hæc interlocutio tunc maxime locum habet, cum agitur inter consangvineos, quos transigere mavult Senatus, quam in lite pergere, propter incomoda, quæ inde in familia sequuntur: vel cum agitur de rationibus examinandis; quia examinatio earum melius ab uno vel duobus arbitris, quam à toto consilio fieri potest. Solet & aliis ex causis Interlocutoria fieri; imo poterunt & ipsi Advocati petere à Judice, licet non viderit processum, ut partes ad probationes admittantur. Imo & solus Advocatus Actoris vel Rei idem potest petere, siquidem declarat, quæstionem facti in processum deductam. Sed hac in re non temere agendum est, siquidem enim Judex postea observet controversiam in facto ejusque probatione non constitisse, potest mulctam indicere illis, qui temere hac in re sunt versati:

quin-

quinimo & qui per malitiam tale quid machi-
natus fuerit, ut litem protelaret, & justitiæ re-
moram injiceret, potest & debet ei interdici
advocatione, vel ad tempus, vel in totum, pro
rei qualitate: quæ pœna tamen infligitur ra-
rissime, ex quo fit, ut adeo onerentur convitiis
Advocati.

Post sententiam Interlocutoriam, qua litigantes admissi sunt ad probandum, quæritur de Articulis sive propositionibus probatoriis. Duplici autem modo in hisce proceditur: aut enim articulatim omnia, quæ probanda sunt, denuo proponuntur: aut attinguntur quasi per indicem facta, quæ in prioribus sunt alle-
gata, addendo numerum articulorum, qui sunt positi in processu ante Interlocutoriam: & si quidem articulatim omnia denuo concipiatur, cavendum est, ne alia facta allegentur, quam ante fuerint allegata: & deinde, ut singulis articulis singula facta comprehendantur, ne per fraudes ea ratione adversarius circumveniatur. Præterea hic cavendum, ne quid per verborum involucra, quibus adversarius implicari possit, concipiatur: & in primis sollicite agi oportet, ne positionibus & articulis talia comprehendantur, quæ possint esse scribenti noxia: producens enim positiones, fatur, vera esse omnia, quæ illis continentur l. 9.
cum precum. c. lib. 7. t. 16. de Lib. causa. Vide Alexandrum consil. 71. l.

Cum autem nihil articulatim concipitur,
sed Advocatus, ne videatur nova allegare, sese
refert

refert ad facta ante allegata, debet exacte annotare numerum articulorum & libellos, in quibus sunt, ne Judex ulla ratione examen alter instituat, quam instituere debet.

Quod si forte ille, qui responsurus est ad articulos, Advocatum suum roget, quid responderem debeat, non facile consilium suum praebbit, cum ita debeat patrocinari suo Clienti, ne alterum per injustitiam premat. Futant aliqui, Advocatum debere admonere Clientem hoc modo: *si veritatem responderis, perdes causam: si aliter, animam:* sed tutius est, ut Advocatus graviter Clientem suum moneat, ut pure & plane, in iis, quæ novit, respondeat, & nihil contra veritatem aut conscientiam dicat.

Interim, cum quidam Advocati perversiores soleant aliquando testibus vel parti adversæ objicere crima, quod scilicet sint perjuri, vel aliorum gravium criminum rei, in hac re præstat, ut Advocatus, cum tale quid metuit, moneat eum, cui patrocinatur, ut ad illam positionem non respondeat, ne vel ex confessione, vel inficiatione liticula nova oriatur: *sive Lanfrancum tit. de Festib. num. 79.* posset tamen respondere cliens, talia nihil facere ad præsentem causam, & esse impertinencia: illa autem, quæ sunt impertinentia, solent rejici.

Cum responsum est ad articulos, potissimum erit Advocati cura diligenter attendere, quid sit responsum, & siquidem adversarius sit confessus,

JUDICIALIS.

47

fessus; non opus est ulteriori probatione &
sumptu,] cum confessio fortissime probet l. 5.
cum. C. lib. 2. tit. 4. de transact. lib. 13. C. lib. 4.
tit. 3. de non numerata pecunia.

Sunt enim confessi pro iudicatis habendi,
& circa illos nullæ sunt judicum partes, quam
ut condemnent. l. 12. proinde. s. ult. ff. lib. 9.
tit. 2. ad Leg. Aquil. Dubium est, an ex sola
confessione possit fieri condemnatio in capi-
talibus? Id simpliciter non est admittendum
lib. 23. §. fin. l. 24. ff. ad Leg. Aquil. itaque hæc
concurrere debent: 1. Ut confessio fiat co-
ram judice competente l. 2. ff. l. 42. tit. 2. de
Confessis: uti enim sententia nulla est, quæ
à judice incompetente lata est, lib. 1. & toto
tit. C. lib. 7. tit. 48. si non Competente judice:
ita nulla est confessio Butrius in Capitulo, at si
Clerici, extra de iudicis, & in Capite, si diligen-
ti, extra de foro competenti. Alexander Con-
sil. 7. lib. 30. 2. Ut fiat confessio adversario
præsente, vel ad ejus instantiam, ac Judicis in-
terrogationem sive examinationem super ar-
ticulos. 3. Ut sit facta à majore 25. annis, arg.
l. 6. certum. §. 5. in pupillo. ff. de Confessis. l. 9. §. 2.
ff. lib. 4. tit. 4. de minor. 25. ann. 4. Ut libera
voluntate fiat. l. 13. Confessionibus. ff. l. 11. tit. 1.
can. 1. causa 15. quæst. 6.

Quæri posset de illis, qui veniam ætatis
imperaverunt, an & illi ex confessione ple-
ne obligentur? id affirmandum est, cum omnes
actus legitimos exercere possint. l. 1. & seq.
C. l. 2. c. 45. de his, qui veniam ætat. imp., atque
in

an judicio cesset omnis metus & suspicio violentiæ. Inter reliqua autem hac in re attendendum est, ut Judex in confessione causam Scientiæ inquirat, ne postea objiciatur, quod errans non fateatur l. 2. non fatetur. ff. de Confessis. cap. fin. extra eodem. præsertim videat responsionib⁹ adjectam esse qualitatem aliquam restrictivam, cum latere eum non debeat, probationem illius qualitatis, quæ responsioni affirmativæ adjecta est, respondenti & alleganti incumbere: quocirca, si illa postea à respondentे non probetur, is qui confessus est ita habetur, ac si pure & sine qualitate adjecta respondisset. Illud & hic in controversiam venit, an præcise requiratur præsentia ejus, qui responsurus est, & videtur hoc moribus, & speciatim in Hollandia receptum esse: Videatur art. 125. Inst. Curiæ Holland. junct. art. 75. in verbis: Ende sullen alle termynen &c.

Nonnunquam tamen utile, imo necessarium est, ut ipse Advocatus vel Procurator in animam domini jurare possit, transmisso ad ipsum dominum articulis & deinde remissis per procuratorem ad singulos articulos responsionibus: scilicet cum domini in aliis provinciis degunt.

Cum vero responsum est ad articulos, & adversarius non satis confessus est, ex quo producens possit vel liberari, vel adversarius condemnari, procedendum est ad productionem testium: sed antequam id fiat, in hoc intentus erit Advocatus adversæ partis, ut recte ponat

fm-

JUDICIALIS.

49

Sua Interrogatoria, quæ testibus proponenda sunt, præmissa semper protestatione de imper-
tinentibus resecandis, & si Cliens responderit
ad impertinentia, ut responsiones ex non at-
tendantur: ac deinde de interrogationibus
ipsis non habendis pro Articulis sive positio-
nibus veris, id est: ut non habeantur Interro-
gatoria sic posita, ut ponens videatur illa ple-
ne probare, sed ut veritas undequaque melius
investigetur.

Incidenter hic notandum, quod exacte In-
terrogatoria concipi debeant, hoc quidem or-
dine, ut si factum aliquod esse dicatur: 1. sit
quæstio de personis. 2. de re sive causa. 3. de
modo aliisque circumstantiis. Ex. gr. Ponit
Procurator fisci Titium homicidium commi-
fisse, ac Mævium ab eo interfectum: Interro-
gatoria sic describentur:

Circa personas, qui fuerint præsentes: an
omnes illi, qui præsentes fuerunt, sint homi-
nes, quibus fides plena habenda est, id est, non
sint aliqui ex consanguineis defuncti: an non
pretio corrupti: ex qua causa illi accesserint?
an non ante, illi qui præsentes fuerunt, pugna-
verint? an non incitaverint defunctum ad
pugnandum? an non occasionem huic flagitio
dederint? an non dixerint, quod contra eum
vel delinquentem testimonium perhibere vo-
luerint? an non secreto, colludendi causa, con-
tulerint de testimonio dicendo?

Circa rem vel causam? an vulnus viderint
infligi? vel an ex aliis audiverint?

c

Circa

Circa modum & circumstantias: an observaverint cultro sit factum, an gladio: quo loco steterint pugnantes: quæ verba præcesserint, tum à parte defuncti, tum à parte rei: quis fuerit aggressor? & similia, pro re nata, quæ ad rem faciunt applicari poterunt.

Et in nulla re tam debet curiosus esse Jūdex, quam in hoc negotio. Cavebit etiam Jūdex, ne intermittatur ullum ex Interrogatoriis: imo scelerate agit, si instruat testem, quid debeat respondere. Sin autem observet testem hallucinari circa responcionem ad ea, quæ interrogata sunt, ulterius rogabit, nec contentus erit interrogatoriis, quæ litigator proponit, sed addet & de suo suppleat, quod Advocato vel parti deest: supplere enim debet; licet DD. negent ex l. unica, C. lib. 2. tit. ii. ut que desunt Advocatis &c. Arg. l. 3. C. lib. 2. t. 4. de transact. l. 21. ubiung. ss. lib. II. t. 1. de interrogationibus in jure faciendis, atque ita in reliquis procedendum est.

Unum autem hic addam ad majorem illustrationem: pone testamentum esse publicandum à Judice ad eam rem delegato, & testes esse vocatos, ut recognoscant suas manus vel signa, si fuerint apposita: pone præterea id factum esse in loco, in quo non habitat testator: ad hanc rem inservient hæc interrogatoria.

i. Circa personam: an testatorem noverint; ex quibus signis ipsum noverint: an proceræ staturæ homo fuerit, an vero mediocris: quæ fuerit

JUDICIALIS.

57

fuerit ipsius vox, utrum exilis aut stentorea: an liberalis in dicendo: qui testes fuerint præsentes: an singulis noti: an Notarius habeatur publice pro Notario: unde testes sciant eum esse Notarium: an sciant, quæ sit causa, quod testator ibi testamentum condiderit, & non domi, quid testator dixerit, dum advocarentur, dum testes essent præsentes in ipso negotio, dum recederent testes: qui intervenierint dum testamentum scriberetur: an testator ipse scripserit, & an ei subscripserit: an viderint scripsisse vel subscriptissse: si signatum sit testamentum, cuius sigillo & à quo impressum: an annullo, an alio instrumento: an omnia sint facta unico contextu, an testis viderit testem subscribere: an non Notarius fuerit bene potus: an non testes largius biberint: an hæres scriptus non fuerit præsens & laute exceperit testes; à quo rogati, & quando, & ad quid: quot annorum sint omnes testes: an non aliquis ex iis intestabilis? & sic ulterius procedendum est ad alia capita ad hanc rem facientia, secundum illa, quæ ad testamenti factionem pertinent, ratione testatoris, ratione heredis, ratione eorum, qui sunt adhibiti, ratione concurrentium.

Cum testes sunt ab aliquo producendi, inter reliqua fidelis Advocatus cavebit, ne quid subdolè vel contra juris formam agat, sed ut omnia ex fide & stylo fiant. Hic queritur de testibus, an prælegere illis possit illos articulos, ad quos sunt examinandi: & videtur

c 2

xquis

æquior sententia esse affirmativa, modo non
struat ipsi insidias, & nullis technis utatur ad
testes inducendos per fraudem vel deceptio-
nem. Explorari quidem potest veritas, sed ea
non est per errores & fraudes obnubilanda:
quo facit *Capitulum ad hæc de rescript.* Præterea
id maxime attendet Advocatus, ne pernicio-
sum det clienti consilium de testibus corrum-
pendis, aut instruendis per nequitiam *Vid.*
Bart. in l. 2. C. de Jurejurando prop. calumniam.
imo monebit clientem, ne quid agat contra
juris formam & justam rationem: ac præterea
non debet circumvenire Judicem verbis du-
biis: nec enim debet ipsum alio modo suo
clienti reddere propitium, quam tantum ex
justitia causæ. Quid ergo, si Advocatus opi-
pare exceperit testes sui clientis, ut illi Liberi
patris donis perfusi libere testarentur, & sine
ullo conscientiæ morsu pronunciarent pro eo,
quo sunt producti? Res hæc turpis est, nec
poterit à viro bono id fieri, atque hanc rem
debet Judex exacte attendere, & non admitte-
re aliquem, quem observaverit inebriatum, &
propterea ipsi mandare debet, ut discussa cra-
pula postea redeat. Inter reliqua & id obser-
vabit Advocatus, ut intra tempora, quæ sunt
jure vel statuto introducta, omnes suas proba-
tiones proponat, & Adversarium non impe-
diat. Et si testes sint examinandi, est ejus of-
ficium addere singulis testibus numeros Arti-
culorum, ad quos examinari debeant; ut ea ra-
tione labor judicis minuatur.

Præ-

Præter testes etiam ad probationem pertinent instrumenta, quæ produci debent intra illa tempora dilationum, quæ in causa sunt constituta. Id vero hic videtur speciatim observandum, quod faciliter admittatur productio alicujus Instrumenti post dilationi præscriptum diem, quam productio testium: quia firmior & certior est probatio per instrumenta, quam per testes, & suppositio instrumenti falsi non tam facile excogitari & fieri potest, quam testium: verum in hac productione id sollicite spectabit producens sive ejus Advocatus, ne quid edatur antequam tenor ejus sit curiosè examinatus. Id enim receptum est, quod, qui se refert ad aliquod instrumentum, videatur probare & confiteri omnia illa, quæ in eo comprehensa sunt Cap. olim, extra de censibus. *Baldus in ls si quis testibus. C. de Testibus*, quo facit regula Ordinaria: Id quod semel probatum est, non potest postea reprobari *vid. l. 9. Ponponius. ff. lib. 3. t. 5. de negot. gestis.* Quæri hic posset, an, qui ex parte allegat aliquod instrumentum, in aliis capitibus teneatur illud probare? non est dubium, quin producens in totum tencatur approbare *Argum. dictæ l. 9. ff. de negot. gestis.* sed si ab adversario ex instrumento à se producto allegetur probatio, poterit fortiter is, adversus quem est editum, in suum commodum ex eo quid depromere, facta scilicet præsuppositione, si verum sit, rejectis reliquis. Præterea attendet Advocatus, ne ipsum authenticum sive originale proferat, sed

copiam, ad cuius collationem cum principali citabit Adversarium, in hac sc. forma, ut videat coram Judice conferri principale cum exemplari: sic enim fiet, ut quasi duplex habeat principale, & non intercidat probatio. Insuper & debet editio fieri in ipso judicio, citato ad eam Adversario: neque enim unquam admittere debet patronus in causa, ut aliquod instrumentum producatur, quod scit aut putat esse falsum aut suspectum: ea enim res, siquidem Advocatus non ignoraverit, magno periculo cum implicabit: cum non solum fabricantes falsum, sed & qui scienter utuntur falso pœna legis Corneliae teneantur. Reliqua, quæ pertinent ad instrumenta, petenda sunt ex iis, de quibus in theoria solet agi vel disputari.

De præsumptionibus non solet agi intra tempora dilationum, nisi quatenus proponuntur facta, ex quibus ea deducuntur: verum præsumptiones urgentur præcipue in deductione totius causæ, cum Advocatus vel concludit, vel omnia causæ merita proponit, & ex illis, quæ probata sunt, deducit conjecturas & præsumptiones. Facta itaque, ut ante dictum est, quæ inducunt ad præsumendum, exacte ponî & probari debent.

Cum jam omnia, quæ ad probationem faciunt, proposuit Advocatus, & existimat se satisfecisse, sequi debet renunciatio probatum: verum hac in re notandum, quod non sit renunciandum productioni, antequam omnia mature examinaverit, & viderit, an non

præ-

præter ea, quæ ante sunt producta, aliud quid produci posset: præstat enim probationem habere abundantem, quam aliqua parte deficiente. Observabit etiam Advocatus, ut cum ipse renunciaverit ulteriori productio- ni, non facile patiatur sibi manum vel moram injici, ut lis prorogetur. Verum si ei constet, adversarium ex legitima causa petere sibi da- ri spatum, non præbebit se nimis difficil- lem, vel morosum, & ostendet maximè se agere, ut nec adversarium nimis strictè per temporis angustias concludat, aut clientem suum non satis videatur tueri. Itaque si vi- deat adversarium per fraudes & artes quærere dilationes omnibus iuris remediis hoc aget, ut adversario compedes injiciantur, atque ei non sit facultas, cum damno sui clientis litem protrahere.

Cum autem testes examinati sunt, & re- nunciatio ulterioris probationis facta est, nec non testimonia partibus communicata publi- cata sunt, unice Advocatus occupabitur, ut diligenti cura evolvat omnem informationem, ac expendat, quæ sunt à testibus dicta. Impri- mis à parte actoris exutienda sunt testimo- nia, ac inquirendum, quid, quibus probatum sit ab eo: similiter quoque à parte rei viden- dum, an & is plene suam exceptionem five fa- cтum, in quo se fundat, docuerit.

Conferenda est deinde confessio partium, cum iis, quæ sunt à testibus deposita. In hac re præstat annotare ad singulos probationum

Articulos sive positiones confessiones partium & testium depositiones, ut ex illa collatione constare possit, quid sit probatum, vel non: & siquidem adversarii testes sint reprobandi, non facilis erit Advocatus in allegandis iis, quæ ad ignominiam testium facerent, & si aliquid, quod ad existimationem minuendam facit, sit allegandum, id ita proponi oportet, ut adversarius ac testes, imo & Judex ipse intelligat, quod summa necessitate coactus, magis ad defensionem causæ, quam contumeliam alterius omnia in medium sint allata. Præstat itaque, antequam talia objiciantur, in promptu habere probationes eorum, ne deficientibus iis cliens involvatur gravissimis injuriarum actionibus: & cum probationes sunt paratae, præstat articulis certis ea, quæ objicienda sunt, comprehendere, & hanc adhibere cautelam, ne quicquam fiat sine speciali mandato, quod præstat concipere scripto: ita Judici constabit, nihil maledicendi animo esse allegatum. Ex quibus autem possint reprobari testes, id constat, scilicet propter rationem sanguinis vel aliam justam causam.

Quid autem faciendum, si probationibus discussis deprehendat Advocatus non exacte testes esse examinatos? Præstat, ut denuo vocentur, & exactius examen instituatur. Verum quidem est, quod post didicita testificata non soleat denuo institui examen: verum cum forte testes non sunt ad omnia, de quibus interrogari debebant, interrogati, vel non respon-

sponderunt sufficienter, aut cum est ambiguus sermo, Judex novam à se fieri examinationem jure non potest negare. Cum vero reprobationes testium sunt exhibitæ, incumbet in hoc Advocatus, ut omnes illas refellat, atque amoliatur, adeoq; allaborabit, ut non tantum scribendo, sed & probando fidem testibus plenam asserat. Ita vero testium fides confirmabitur, siquidem ex aliis indiciis eorum dicta tanquam à stipulatione aliqua corroborentur; sin autem contra personas testium quid sit probatum ab Adversario, id, quam maxime fieri potest, excusandum vel declinandum. Convenit vero reprobationibus vicissim salvationes subjicere, ac repertorium omnium monumentorum, quæ sunt in processu producta & allegata, exacte describere, non tantum in iis, quæ ante interlocutoriam, sed & postea opposita sunt, ut secundum hoc Judex distincte & ex ordine possit legere, & commodius definire. Est & illud Advocati boni officium, ut post conclusionem ad majorem Judicis instructionem describat brevem juris deductionem, delineata in primis facti specie, ac deinde additâ confirmatione Juris pro suo cliente facientis, ac solutione eorum argumentorum, qua pars adversa pro se allegat, cuius rei etiam meminit *Bald. in Auth. jubemus. cap. de judiciis.* Controvertitur autem circa hanc rem, an parti adversæ vel ejus Advocato debeat fieri copia ejusmodi deductionis, & magis est, ut negetur. *Bald. dicto loco,* quia non est pars processus, nec

de substantia judicii, nec revera quoad mēritā
causæ interest adversarii eam legendam sibi ex-
hiberi: sed potest illud ita limitari, nisi spe-
cialis sit causa, ut ex. gr. si causa sit Crimina-
lis, tunc enim Judex extra ordinem partibus
id imponit, ut utrumque deductiones videant,
ac examinent, & si videatur ad Adversarii
respondeant. Hisce omnibus ita absolutis
est procedendum ad sententiam, à qua ordina-
tio præstat fieri appellationem, facta protesta-
tione de nullitate, quando ea commissa vide-
tur, scilicet cum quis in causa succubuit. Et
circa appellationem quidem multa sunt atten-
denda, 1. an sit justa ejus causa: præstat itaque,
ut is qui prudens Consilium suggerere suo cli-
enti velit, antequam Appellatio introducatur,
in consilium vocet alios Jurisperitos, & cum
quis expendat omnia causæ merita, atque ita ma-
ture consulat, quid ulterius facto opus sit.
2. Cum appellatio instituenda est, in primis ob-
servandum, an non sit aliquid in persona, vel
in causa, vel in modo, ob quod Appellatio se-
cundum Juris regulam denegetur: sic si sit con-
tumax, condemnatus non audietur appellare
volens l. 23. ex consensu. §. 1. ff. lib. 49. tit. 1. de
Appellat. l. 73. Et post Edictum primo. §. 1. ff. lib. 5.
tit. 1. de Judiciis. l. 13. properandum. C. lib. 3. tit. 1.
de Judicis. Contumacem autem accipimus, qui
vel rotunde dixit se nolle venire in judicium,
vel tribus edictis evocatoriis, seu uno perem-
ptorio copiam sui facere contemnit l. 53. princ.
Et §. 1. ff. lib. 42. t. 1. de re Judic.

Ratio-

Ratione causæ putant aliqui inhibitam esse appellationem, cum de possessione momentanea est disputatum: verum id non est recipiendum, sed tantum hoc modo, quod si de possessione sit appellatio interposita, lata sententia sortiatur provisionaliter effectum, *l. unic. C. lib. 7. tit. 69. si de momentanea possessione: quo facit cap. ad sedem extra de restitut. spoliatore. VVormser. lib. 1. quest. 24. obser. bat. 12.*

Respectu temporis id tenendum, quod si decendum sit elapsum à lata sententia, nulla postea interponi possit appellatio, *Novell. 23. cap. 1.* Sic etiam, qui dimissorias seu Apostolos intra 30. dies non petierit, excluditur ab appellatione, *l. 6. §. 6. C. lib. 7. tit. 62. de appell. l. unic. ff. lib. 49. tit. 6. de libell. dimis- sor. Et c.*

Quoad formam appellandi, desideratur, ut si ab Interlocutoria fiat appellatio, debeant omnia in scriptis fieri, expressis gravissimis causis; ita jure Canonico decisum, *cap. Cordi extra de appellat.* & per stylum Curiarum receptum est. Id vero attendet Advocatus, ut ad diem comparitioni in hac causa destinatum paratus exhibeat exemplum sententiaz, & libellum, quo causam appellations scripsit, introducat; si enim ipse non compareat, circumducitur citatio in appellatione, ac non aliter postea auditur, quam solutis adversario expensis: id quod receptum est in magno Mechliniensi Senatu, ac etiam

in Curia hujus provinciæ, Art. 110. Imo vix audietur, nisi restitutionem in integrum postulaverit, & impetraverit. Solet hic autem nonnunquam quæri, si quis dicat: Appello ad competentem Judicem, non expresso Judicis nomine, an appellatio jure subsistat? affirmativa est tutior, secundum doctrinam Bart. in l. 1. in fin. ff. de appellat. quia in dubio illa interpretatio est accipienda, quæ actum concer-
nit.

De Restitutionibus adversus fatalium la-
psum agit Guido Papæ cons. 436. n. 119. De eo
etiam sæpe in praxi controvertitur, si sententia
plura contineat capitula, an ab uno aliquo ca-
pitulo liceat appellare? & magis est, id esse af-
firmandum, secundum Innocentium, cap. Et di-
lecti. 10. de appell. Bart. in l. 13. ff. eodem. Ve-
rum id temperandum est, siquidem id capitu-
lum fuerit ab aliis distinctum. Talem appel-
lationem solent appellare à minima, quasi à
minimo gravamine fiat. Uti etiam, si Judex
inferior omiserit victum condemnare in ex-
pensas, l. fin. C. lib. 7. tit. 64. quando procurares

Solent & Reauditiones fieri, quæ etiam suo
modo sunt Appellations à gravamine aliquo,
quod infertur per interlocutionem judicis cir-
ca dilationes, probationem, executionem vel
taxationem: & aliquando hæc res ita proce-
dit, ut Advocatus, qui clientem suum sentit
gravatum, contendat coram pleno consilio de-
re, in qua gravamen est. Solet autem regula-
riter aliqua summula deponi, quæ fisco cedit, si
decre-

JUDICIALIS.

61

decretum à senatu approbetur, ut appareat eis
iam in Hollandia ex ordinatione Anno: 521. pro-
mulgata 9. Maji Art. 50. qui Articulus in fine
sic sonat.

Ende oft gebeurde, dat eenige van den Par-
thyen metten Appointemente by 't voorß. Raad-
stuyden gegeven, niet te vreden waaren, sal in ju-
dicio moeten begeeren reauditie, ende d' selve ver-
volgen, allear de Rolle geexpedieert sal sijn, ofte ten
minsten al eermen van nieuws præsenteren sal, ofte
anders sal 't selve Appointement stadt-houden,
ende sal d' sake alsdan in den hollen Raet gepleyt
werden, ende indien 't voorß. Appointement ge-
approbeert weert by den Rade, so sal alsdan by
den partijen, die metten voorß. Appointemente
niet te vreden is geweest voor d' boete betaalt wer-
den eenen Philippus-Gulden.

De Boete van de Reauditie sijn 4. Gulden, na-
de jegenwordighen Styl, ende de reauditie ver-
socht sijnde, moet verholght werden binnen 3.
daeghen, den dagh van den Appointement daarin-
ne gerekent.

Debet autem illico peti reauditio, usque
adeo, ut in nonnullis locis obtineat, ut inter-
locutio delegati Judicis, quam solemus dicere
Appointement seu Apostille, sit rata, nisi stan-
te judicio, hoc est manente eodem auditorio
reauditio petatur.

Præter remedium appellationis est Revisio,
quæ fit ab iis Curiis, quæ loco Principis ju-
dicant. Hac de re est notabilis textus in No-
bilia 119. cap. 5. sive Authent. quæ appellatio. Co-
libo.

lib. 1. tit. 19. de precibus Imperatori offerendis &c.
In eo loco statutum est, quod si intra 10. dies
post latam sententiam proposita sit; non ali-
ter possit sententia executioni mandari, quam
si pars victrix fidejussionem præstiterit de tan-
ta summa cum usuris restituendis, quanta est
in condemnatione, si sententia per legitimam
retractionem resolvatur. Si autem intra de-
cem dies revisio petatur (potest autem peti in-
tra biennium) executio sine fidejussione fieri
potest, jure retractionis reservato illi, qui se
gravatum existimaverit. In Revisione id ob-
tinet, ut regulariter summa aliqua consigne-
tur, quæ fisco cedit, si sententia non fuerit re-
tractata. Debet vero, qui eam petit respon-
dere in scriptis, ac adducere rationes, quibus
sententia infirmetur.

Cum autem multa de forma specifica re-
quirantur, circumspecti erit Advocati nihil
ex solemnibus omittere, nam alias, quod a-
gitur nullius est momenti *V Vesenbec. conf. 10.*
num. 9. Sententia à qua revisio est petita ex-
ecutioni est mandanda, cum sola appellatio
impedit omnem executionem, *tot. tit. ff. lib.*
49. tit. 7. nihil nobari appellatione interposita.
Omnes autem Curiæ, quæ per arrestum judi-
cant, nullam appellationem à se, sed revisio-
nem tantum admittunt. Nunc de execu-
tione paucis.

DE

DE EXECUTIONE.

Uytrechtingh.

HAc in re præcipuæ erunt partes Advocati, examinare literas executoriales: id est mandatum, quod traditur executori, hoc quidem modo: 1. ut habeatur ratio personæ, quæ sententiam executioni mandabit, an scilicet talis sit, cui hoc muneris imponi possit, 2. an is mandaverit, qui mandare possit, 3. ut sit causa talis, quæ possit mandari executioni: quoties enim appellatio fuerit facta, cessat executio tot. tit. ff. lib. 49. tit. 7. nihil innobari appellatione interposita, nisi appellatio fuerit facta ab illo, à quo non potuit appellari. l. 1. §. 1. & 2. ff. lib. 49. tit. 2. à quibus appellare non licet. vel nisi talis sit causa, quæ provocationem non admittit, l. nnic. C. lib. 7. tit. 69. si de momentanea possess. fuerit appellatum, aut alia obstat causa, quæ hoc jus impedit: Hisce rite examinatis attendendum est, ut justa methodo procedat executor: id enim certum est, quod illi, qui non legitime procedit in executione, aut extra officium quid facit, non sit parendum, & impune possit resisti: ideoque & hoc observandum, quod executor non possit procedere in executione, nisi illi, contra quem executio dirigitur, vel alias ordinario loci suæ commissionis exhibuerit literas: nam alias jure dubitari poterit, an mandatum habeat l. fin. lib. 15. tit. 2. mandati

Circa ordinem in rebus executioni subjiciendis, servandum curabit Advocatus, ne consentiat, ut certa bona eripiantur condemnato, aliter quam secundum præscriptum l. 15. §. 2. ff. lib. 42. t. 2. de re judicata, quo & spectant illa, quæ tradit *Felinus in Cap. constitutis*, extra de rescriptis: & quidem hæc ita sunt peragenda, ut primum mobilia, inter quæ & referre oportet sese moventia. 1. Immobilia. 3. Nomina pro pignoribus accipientur, dicta l. 15. §. 2. ff. de re judicata.

Quæritur, an præcise hic ordo observari debet? Affirmant Raphael Cummanus & Alexander: negat Barth. & alii in dicta l. 15. ff. de re judicata. Verior autem est sententia, methodum, quia ex legis dispositione est, esse observandam, nisi contrarium consuetudine aut statutis sit introductum: adeoque id in praxi valet, ut condemnatus interrogetur, quæ pignora capi velit, & si voluntatem suam declaraverit, apparitorem sive executoriem voluntatem eam sequi oporteat; nisi captionem aliquam habeat: & si triumphans captiosam esse videat voluntatem condemnati, poterit, quod tutius est, adire Judicem & conqueri; vel alias, si res non desiderat exactam inquisitionem, mandare executori, ut ordinetur, qui est in dicta lege 15. §. 2. ff. de re judicata sequatur: vel si etiam condemnatus noluerit declarare suam voluntatem, poterit ipse, siquidem mobilia

bilia vel se moventia non sint, certa immobilia nominare, in quæ executio dirigatur: & si etiam non sint immobilia, poterit nominare certa nomina, quæ executor subjiciat executioni. Item si etiam condemnatus res vilissimi pretii nominaverit, poterit quoque victor vel certas res in mobilibus, vel illis deficientibus in immobilibus designare. Interim, licet sit permisum generaliter in mobilia primo loco dirigere executionem, tamen præstat in iis ordinem servare: scilicet ut prius illa vendantur, quæ sint sumptu minori ac impendio ita sentie *Raphael Cummanus dicto loco*, nisi sint alia mobilia, quæ celeriorem & magis expeditam admittunt executionem arg. dictæ lib. 15. vers. §. 4. ff. de re judicata.

Ut autem in genere possit intelligi, quomodo sit procedendum, hæc sunt notanda.

1. Quæratur parata pecunia: ea autem deficiente, 2. res, quibus carere commode potest vietus, dummodo in iis sit executio prompta & sine controversia, 3. ad animalia ac pretiosam suppellectilem est veniendum. Ita etiam in immobilibus initium erit à minime pretiosis, quod temperamentum Zafius appellat civile; deinde ad magis pretiosa, servato semper hoc ordine, ut illa primo loco capiantur, quæ expeditius & sine controversia haberi & vendi possint, deinde & alia. Sic vero omnia sunt perficienda, ne nimium graventur illi, qui executionem patiuntur. Nimis autem severe exequuntur, contra legem charitatis ac juris ratio-

nem

nem, qui victimum vel stratum auferunt Arg. l.
34 ff. de re Judicata. Non sane tollendi sunt
lecti; linteamina & vestes, quibus carere etiam
condemnati non possint. De animalibus quoq;
queritur, an promiscue possint capi? Videtur
hoc esse verius, quod boves aratores & instru-
menta agriculturæ capi non debeant, cum
per ablationem illorum tributorum illatio
retardetur lib. 7. Executores & Authent. Ara-
tores. juncta l. 8. pignorum causa. C. lib. 8. t. 17.
quæres pignori. quæ loca sic sunt intelligen-
da, si victimus alia bona habeat, *Glossa in dicta*
lib. 1. Executores. argum. l. 4. stipendia. C. lib. 7.
t. 53. de Executione rei judicatae. Quid autem
si Executor differat executionem (facta col-
lusione cum condemnato?) Preces Senatui
sunt offerendæ, ut iniquitas horum executo-
rum corrigatur, ac etiam sub poena privatio-
nis officii illis mandetur officio suo melius
perfungi, intra certum tempus. Advocatus
condemnati operam dabit, ut moneat clien-
tem, ne executioni ullenus resistat, neve in-
juriam verbalem aut realem apparitori vel Se-
natui inferat, sed si quas habeat rationes, eas
ordinate proponat: in primis vero quantum
fieri possit allaboret, ut sumptibus minimis
executio fiat. Ita si distrahenda sint bona, petet
à judice, ut venditio celebretur, non in diver-
soriis, sed aliis publicis locis, in quibus non
solet fieri tanta consumptio.

Si quis autem multo ære alieno gravatus
est & varias metuit executiones, poterit uti
uno

uno ex tribus remediis. Primum est, ut petat convocari creditores ad judicem delegatum, qui eos inducat ad remissionem alicujus partis debiti: s^epe enim ita accidit, ut debitores, qui debita solvere nequeunt, remissionem impetrant à creditoribus, qui malunt parte contenti esse, quam totum debitum in discrimen vocari.

Alterum est Beneficium quinquennale, quod consistit in literis dilationum, sive diplomate dilatorio: Princeps enim solet hominibus ob^aratis, sine sua culpa, cū explicare suas pecunias nequeunt, concedere dilationes, ac quidem ut plurimum ad quinquennium; unde & quinquennales dicuntur. *Guido Papa quæst. 57.* quo beneficio hoc efficitur, ut creditores nullam executionem intra tempus præscriptum movere possint.

Ut autem hæ literæ obtineri possint, primo summarie per attestations sufficietes probandum est, debitorem citra suam magnam culpam lapsum esse facultatibus. 2. Principi vel Senatui, vel qui vice Principis judicat, hæ attestations sunt exhibenda & petendæ literæ quinquennales sive minorum inducatur. 3. cum impletæ sunt hæ literæ, creditores sunt intimandi, ut ad certum diem veniant, & se opponant, vel consentiant dictis literis, quam rem appellant Interiment: specialiter autem debet addi in petitione, ut interim decernatur executionem esse suspendendam. 4. die, quo comparent creditores

ditores, offerenda est cautio ac ipsæ literæ, ro-
gandise sunt præsentes, utrum consentiant
vel non. Absentes vero contumaciæ sunt ac-
cusandi, contendendumque, ut habeantur pro
consentientibus. 5. si præsentes Creditores in
continenti nolint respondere, cegi non pos-
sunt, sed adversus ipsos contendendum, ut
ipsimet tempus constituere velint, vel ut con-
stituatur certum tempus intra quod responde-
ant, cum ratione cautionis, tum ratione impe-
trationis diplomatum de induciis.

Quid ergo, si potissima pars Creditorum,
vel pactione cum debitore inita remissionem
partis debiti fecerit, aut dilationem concesse-
rit? Si justa sit ratio, etiam reliqui personae
non hypothecarii, cogi possunt exemplum
reliquorum sequi, l. 10. iuncta. 2. ff. lib. 7. tito.
14. de pactis. sic tamen, ut cautio locum ha-
beat, & nemini præjudicium fieri possit. Id
vero, quod diximus de remissione, distincte est
recipiendum, ut per eam hypothecariis non
possit præjudicari, Matthæus de Afflictis decisio-
ne 288. Verum in dilatoriis, cum parvum con-
tineant præjudicium, etiam hypothecarii co-
gi possunt. Matth. dict. loc.

Tertium est beneficium cessionis bono-
rum, quod Imperator sibile adjutorium & mi-
serabile vocat auxilium, l. penult. & ult. C. lib.
7. tit. 71. qui bonis cedere. Hoc quoque bene-
ficium suas habet regulas.

1. Itaque de justis attestationibus sibi pro-
spicit debitor, quibus doceat, se sua culpa, vel
falsum

saltem sua malitia in tanta debita non incidisse. Vide Artic. 227. & 228. Instr. Curiæ Holland. & Artic. 6. Ampliat.

2. Petat literas una cum suspensione Executionis.

3. Die ad eam rem constituto exhibeat cessionis diploma, una cum omnium bonorum repertorio juramento confirmato, ac contendat, ut creditores declarent intra certum tempus, an admittant, an rejiciant hoc beneficium: si admittat præsentes, & absentes de contumacia accusati pro consentientibus habeantur, actis publicis hoc beneficium insinuabitur, tanquam plene & cum effectu impetratum. Sin autem nonnulli se se opponant, desiderabit Advocatus debitoris, ut intra certum tempus processus instrui & finiri possit. Ex hoc beneficio consequitur debitor hoc juris, ut nec detrudi in carcerem, nec conveniri possit, nisi in quantum facere possit, scilicet cum beneficium est impetratum; ante impetrationem vero, cum dubitatur, an ex fide inventarium sit factum, etiam detineri potest. Monendus itaque serio est ab Advocato suo debitor, ut rotunde debitum ad creditorum instantiam confiteatur: neganti enim debitum, hoc beneficium non datur, l. penult. ff. lib. 42. tit. 3. de Cessione bonorum.

Disputatur, quid sit dicendum de illo, qui in principio debitum negavit, post sententiam vero confessus fuerit? Distinguit Bald. in l. i. eod. quod si justam habuerit causam ignoran-

tiæ

riæ (veluti si heres fuerit) non debeat privari beneficio; secus si turpiter mentitus sit, & postquam se spe sua frustratum videt, debitum agnoscit.

Disquirunt nonnulli an & hoc beneficium novis creditoribus præjudicium pariatur? affirmant nonnulli: sed verior est distinctio, & si quidem creditores, dum lis est de beneficio impetrando, supervenerint, eos esse censendos eodem jure, quo priores censentur. *Guido Papa consil. 124.* sin autem post impetrationem supervenerint, illis privilegium cessionis nocere non debet, quia impetratum est respectu actis alieni, quo fuit obæratus debitor.

De mercatoribus quoque quæsitus est, an & illi hoc beneficio gaudeant, cum foro cesserint? negandum id videtur, maxime ob constitutionem Caroli, qui tales nebulones laqueo gula fracta puniri voluit, quod & hodie obtinere debet in illis, qui libros rationum abscondunt, vel bonorum parte sublata aufugiunt, & inextricabiles molestias creditoribus pariunt: de illis autem, qui injuria fortunæ sunt lapsi facultatibus, & non foro cedunt, sed parati sunt inventarium suorum bonorum tradere, & omnia bona creditoribus cedere, in omnibus idem juris statui debet, quod in aliis.

Transibimus ad quæstiones ex delictis, in quibus frequenter solet occurrere actio injuriarum, in qua Advocatus initio desudabit, ne quid moveatur publice, si nulla ratione honori

nori alterius possit consuli: verum si res ali-
ter expidiri nequit, omnem operam dabit,
ut locum, tempus, omnesque circumstantias,
ipsamque injuriam recte exprimat, & si rem
sit defensurus, respondebit modeste, & si nega-
ri non posse, quod objicitur, contendet non
animo injuriandi, sed iracundiæ calore ver-
ba esse prolatæ, & si actor rigide instet, cura-
bit ut procurator constituatur, in quem trans-
feratur judicium, ut infamiae notam possit e-
vitare l. 6. §. 2. ff. lib. 3. tit. 2. de his, qui notan-
tur infamia. Cepolla cautela 2. Cirrus in l. r.
C. de sententiis & interlocutionibus, quam cau-
telam omnes Doctores fere probant; ego ve-
ro rejicere soleo, quia nusquam directe pro-
batur, & paria sunt, utrum quis ipse in sua per-
sona, an per alium condemnetur. Interim,
quia usu recepta est ea cautela, præstat eā uti:
si vero contingat reum condemnari ad palino-
diam, præstat dehortari clientem, ne jure suo
rigide utatur: sufficit enim honorem restitu-
tum esse per sententiam: eo enim modo fiet,
ne Advocatus accusari possit ob nimiam ve-
hementiam, & ut condemnatus cum summo
totius familiæ dedecore ab ignominia præser-
vetur.

In capitalibus causis cautissime agendum
est, cum non licet ibi disceptare. Ac princi-
pio quidem reum exacte examinabit Advocatus,
ut intelligat, quod proprie sit crimen,
quando, quo loco, & quibus præsentibus com-
missum, ac quæ sint rerum circumstantiæ; dein-
de

de desiderabit, an non præscriptione sit sublatum l. 12. querela falsi. C. l. 9. tit. 22. ad leg. Corneliam de falsi. & circa circumstantias attendet secundum leg. II. & 16. ff. lib. 48. tit. 19. de pœnis. ad causam sive originem, ad personam, cui quid illatum est, & ejus, quæ intulit: tertio ad locum: quarto ad tempus, quinto ad qualitatem, sexto ad quantitatē, septimo, ad evenium, quæ omnia eleganter sunt expressa dict. l. 16. §. 1. & seqq. ff. de pœnis, habebit rationem anteactæ vitæ, tam ejus, qui fecit, quam qui passus est.

Præcavebit quoque summopere, ne ad mentiendum instruat clientem, & ne consilium det de testibus subornandis. Si vero reus negaverit delictum, rejecto in accusatorem probandionere, fortiter & diligenter reum defendet, unicè hoc agens, ut probationes & testes ab actori productos refutet, ut etiam ad Articulos refutatorios producat testes.

De eo quæsitum est, an etiam post didicita testificata & conclusionem in causa, possit articulos refutatorios conscribere? id affirmat Hippolitus de Marsiliis in sua praxi §. sequens. n. 5. & seqq. Si etiam reus sit deducendus ad quæstionem I. cogitabit, an sit is, qui torqueri possit: prohibentur enim nonnulli, ut impuberes, senes decrepiti, fœminæ gravidæ, l. 1. §. impuberes. 32. ubi glossa leg. 3. §. 7. ignoscitur. ff. lib. 29. tit. 5. ad SCtum Syllanianum, Alexander in l. milites. C. de quæstionibus. monebit, ut coram delegato Judice de innocentia sua protestetur atq; declareret (si scilicet sit innocens) nolle sibi confessio-

fessionem suam tormentis expressam præjudicare, eamque peractis quæstionibus revocet: alias enim si perseveret in confessione reus, condemnabitur: Imo & urgebit Advocatus, ne præter jus reus torqueatur, quo faciunt illa, quæ tractant *Cynus in leg. fin. Bart. in leg. I. S. I. de quæstion. Bald. in d. leg. milites eod. cap.* unicè & in hoc incumbet, ut impedit, ne quæstiones repeatantur, supplici libello oblato, quo generatim rationes, quæ pro eo faciunt, Judici explicet, atque alleget, quam fragilis res sit tortura ut & ll. experientia testantur.

Incidit aliquando, ut reus ob delictum personaliter citetur, & contra eum contenditur, ut ex vinculis se defendat: hoc casu maxumopere consulet Advocatus, ne facile quis se purgationi offerat, nisi certo constet reum periculo vacare: siquidem enim res aliquo modo sit dubia, nunquam ad purgationem ex carcere faciendam inducet reum: melius enim est, (ut ajunt) avium amœnum cantum ruri audire, quam in carcere tristem catenarum strepitum.

Incidit præterea nonnunquam, ut reus literas remissionis obtineat, ideoque si de iis impetrandis agatur, ante omnia providendum est Advocato, ut supplicem libellum scribens, nihil præter rei & facti veritatem narret, id est, ut preces veritate nitantur: cum enim non omnia narrata sunt, quæ ad factum pertinent, impenetrans carebit fructu & effectu beneficii remissionis: cum rescripta Principum falsis causis nixa non subsistant cap. super literis extra de re-

d

scriptis

scriptis, lib. fin. cap. si contra jus vel utilitatem public. hac de re vide art. 222. 223. & 224. Instr. Cur. Holl.

Nec etiam sufficit vera esse, quæ narrantur, sed oportet etiam servare solemnitates isti rei præscriptas. Itaque qui illas impetravit, teneatur intra tempus isti rei præscriptum eas exhibere, atq; simul postulare, ut intimentur, actisque juxta stylum inscribantur, ac ut deinde reliqua siant, quæ ad hanc rem desiderantur: quæ solemnitates sunt observandæ anxiè, ut etiam patronus fisci, sive Accusator, non possit eas, quia Juris publici sunt, remittere.

Præterea exigitur, ut vocentur illi, quorum interest ad oppugnandum beneficium remissionis. Id quoq; requiritur nonnullis locis, ut in auditorio reus flexi genibus & aperto capite exhibeat diploma Principis, nec ei surgere permisum sit ante, quam literæ plenè sint perlectæ 222. Art. Curiæ Holland.

Ultimo loco de sumptibus litis videndum, in quos condemnandus est, qui causam injustum fovet, leg. 2. C. lib. 7. tit. 51. de expensis litis. cœterum, si causa aliquo modo anceps, solet Judex vel compensare impensas, vel aliquando in dimidiam partem condemnare alterutrum ex litigantibus: verum totum hoc negotium relinendum est arbitrio judicis, ut is pro re nata de eo statuat. De eo controvertitur, an qui pro se habet consilia duorum celebrium Advototorum, condemnari possit in expensas litis? Mihi videtur æquius esse, ut si incidat talis

JUDICIALIS.

75

lis controversia, judici sit attendendum, an hi Doctores probabilem habuerint causam ita definiendi, id si verum sit, primum eum esse oportere ad compensandos sumptus: si vero erraverint Doctores consulentes, eum errorem imputandum non esse parti adversę per l. 155. ff. de R. 7. & æquè condemnandum in expensas, qui iniuriam causam fovet, sic tamen, ut non denegetur illi actio adversus Doctores. Ex l. 2. §. 2. ff. lib. 9. tit. 2. ad leg. Aquil.

In honorariis sive salariis Advocatorum id pro regula observandum est, quod eorum nomine non debeat plus exigi, quam statuto permisum est, & præstat semper minus petere, ne præclarum & nobile illud munus pretio nummario de honestetetur. In primis sibi caveat Advocatus à fœda pactione, l. 5. §. 6. §. 1. 2. C. lib. 2. t. 6. de postulando. Id vero notandum, quod, si totalis causa non sit peracta, & per Advocatū non stet, quo minus peragatur, id quod datum est, non possit repeti, l. 1. §. 13. dibus Severis. ff. l. 50. §. 50. 13. de variis & extraord. cognitionib. &c.

Putat autem Guido Papa quest. 102. quod Advocato competit salarium, ac si integrum causam defendisset, si lis per amicabilem transactionem sit sublata, & allegat ad hanc rem Glossam l. fin. ff. mandati, in l. un. C. lib. 4. tit. 3. de suffragio. & Speculat. tit. de Salariis sequitur, vers. quid ergo. Mihi autem videtur id non esse admittendum, nisi absolute ad totam causam sit acceptus.

DEO SOLI GLORIA.

d 2

EX-

• 05(76)50 •

EXTRACT

Uyt d' Instructie van den Hove, aen-
gaende den EEDT,
Mitsgaders,
den LAST en OFFICIE
van
ADVOCATEN EN PROCUREURS.

Art. 71.

Niemand en sal van nu voortaan ontfan-
ghen vworden als Advocat, oft Procureur,
om inden Raet dagelijcks te practiseren,
hy en zy daer toe nut ende bequaem, ende hy
en hebbe gedaen den eedt, sulcks als hier na
volgt, te vveten: Dat hy onsen Stadhouder,
President ende Raedt, in allen plaetsen bevij-
sen sal eere, reverentie, ende vvaerdigheyt:
dat hy niet dienen en sal in eenige saken, die
hy vveet onrechtveerdigh te zijn, het zy dat
hem vande voorsz. onrechtvaerdigheyt bli-
cke, in 't beginsel vande Processen, oft daer na:
Dat hy eerstelijck ende trouvvelijck sal die-
nen sijn meesters: Dat hy te vreden sal vvesen
met de taxe vanden Hove: Dat hy niet soe-
cken en sal eenige onbeoorlijke uytvvegen,
ofte dilayen: Dat hy geen overkoemste ma-
ken en sal, om deel of part inde saeke te heb-
ben: Ende generalijck, dat hy hem in (ende
overal) dtagen sal also een goot ende getrou-
vve

vve Advocaet ofte Procureur schuldigh is te doen. Welcken eedt de Procureurs nu vvesende, oock gehouden sullen vvesen te doen. Ende sullen de Advocaten, Procureurs, Deurvvaerders, Boden, ende Suppoosten vande Hove, van nu voortaan gehouden vvesen heuren eedt te vernieuven alle Jaer opten eersten Rechtdagh nae Derthiendagh, indien sy inden Haghe zijn, of anders binnen tvve daghen nae dat sy thuys gekomen zijn, op de pene van eenen gouden Carolus.

Art. 52. Also eenighe Procureurs sonder Procuratie ofte volkommen instructie te hebben, occuperen voor partyen, nemende diverse delayen, ende namaels hem selven reexonereren, onder 't decksel dat sy seggen gheen procuratie oft volkommen instructie te hebben: Soo ordeneren vvy dat alsulcke Procureurs van nu voortaan (indien by faulte vant'ghene dat voorsz. is, deffault tegens hen meesters ghegeven vvort) gecondemeert sullen vvor den in kosten, schaden ende interesten van partijen, ende daeren boven arbitralijck gecorrigert.

Art. 53. Van nu voortaan en sullen gheen procuratien van vvaerden ghehouden vvor den, ten zy dat die gepasseert sijn voorden Hove, ende geteyckent by den Griffier, oft sijn Substituyt, onder 't Zegel van Steden, Officieren van dorpen, voor bekende Notarissen, onder 't Zegel van Prelaten, Capittelen, ofte

Collegien, onderteyckent by den Klerck of Secretaris vande serve Collegien, oft Capitiele, oft onder 't Zeghel van Edele mannen, die pafferende voor hen selven, behoudelijck dat sy zijn in goeden forme, ende begrijpen 't gene dat sy schuldigh zijn te begrijpen, inde saken daermen se orboren vvilt.

Art. 54. Also eenige vande Procureurs soeken delayen ende uytvvegen, om niet te voldoen den dagh die by presentatie dient, begeerende cautie, copie, oft dierghelijcke, daer af den dagh niet en dient, ende 't vvelck sy daer te vooren hadden moghen ende behoort te begeeren: Omme daer inne te remedieren, ordonneren vvy, dat van nu voortaan de Procureurs gehouden sullen zijn te voldoen den termijn, daer toe de presentatie dient, sonder prejuditie vant 't gunt dat sy sullen vwillen begehren, 't vvelck sy sullen moghen doen, ende eyfchen by Requeste, ofte nemende executorie, indien sy appointement daer toe hebben.

Art. 55. De Procureurs en sullen niet meer in d' audientie sprecken, dan met korte vvor- den heur termijn houden, en 't surplus d' Advocaten laten bevvaren, den vvelcken sy oock den Requesten sullen doen teycken, ende dat al op arbitrale correctie: ende sullen blyven zitten, ende niet opstaen, dan als *heure*

heure saecken dienen sullen, ende alsdaer gaen staen voor heur Advocaten, bloots hoofsts, als de Advocaten pleyten sullen. Welcke Advocaten, ende oock onsen Procureur Generael, is hy Raedt of niet, sullen int pleyten staen, ende reverentelijcken bloots hoofsts pleyten, tot dat hen hy den Stadhouder, President ende Raedt, oft Commissarien, ziteende ter audientie vande Rolle, sal gheheeten vworden te decken.

Art. 57. Sullen alle Advocaten ende Procureurs op de behoorlijcke ure te Hove komen, en daer vvesen des somers te seven uren, en des vvinters te acht uren, en inde audientie vvesen, al eer de erste sake opgheropen sal vworden, op peyne van vier stuyvers. Ende sal een vanden eersten Deurvvarders houden cedula ende rekeninghe vanden ghenen die daer niet inde audientie komen sullen.

Art. 78. Oft eenich vanden parthye arm vvaren, en niet vermochte eenen Advocaet ende Procureur te loonen, soo sal alsulcke arme persoon, by ordinantie vande Hove gedient vworden *gratis & pro Deo*, by eenen Advocaet ende Procureur, die 't Hof daert toe ordineren sal.


Art. 80. De Advocaten en Procureurs, onder 't decksel van quade betalinghe, en sullen

80

fullen niet moghen onder hen houden eenige munimenten, oft schriftueren van partyen: noch Commissarissen, Informatien by hen gedaen, maer fullen gehouden vvesen die over te leveren inde Griffie, oft partie, naer qualiteyt vander materie subjecte, ende vervolghen de taxatie vanden Hove, om te schuven confusie ende verachteringe
van Justicie.

E Y N D E.





Kc 3203a

3

ULB Halle
005 125 758


3



100

100






Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres



OC E S S U S
S I C I A L I S ,

sive
H O D . P R O -
E N D I J U D I C I A -
L I T E R .

um, omnibus, qui fo
otia uno quasi intuitu per
volent, utilissimum, ex-
ceptum ex ore
ariss. Consult. Viri

G A R D I S C H O T A N I ,
Acad. Leyd. dum viveret,
profess. Juris primarii.

J E N Æ ,
C O B I Æ S T E I N M A N N I ,
is K R E E S I A N I S ,
Anno 1670.